 pore vindicte disperdet te. **Item** eccl.
 xxxix. re promissio nequissima mul-
 tos perdidit nequam videlicet quia pecca-
 tor re promittit sibi quod est proprius
 deo de futuro tempore disponere **Contra**
 illud actu. j. non est vestrum nosse tempora
 vel momenta que pater posuit in po-
 testate sua nequior est promissio illa
 quia cum tempore infiniti valoris si-
 bi a deo datum fatue expenderit.
Adhuc tamen presumit quod deus multum
 tempus adiciet sibi. nequissima est illa
 promissio quia talis non solum tempus sibi
 datum perdidit immo etiam in retribu-
 meliam ipsius largitoris expendit et
 in futurum expendere vult. item tar-
 dantes conuerti terzere deberet illud
Eccl. vi. et vii. ubi licet ad peniten-
 dum dati essent hominibus cxx. anni
 tamen xx. anni recessi fuerunt propter im-
 penitentiam. **Item** lu. xij. ubi illi qui
 dicebat anime sue. **Anima** mea habes
 multa bona reposita in annos plu-
 rimos. requiesce. comedere. bibere. epu-
 lare. stulte hac nocte animam tuam re-
 peteret a te. que autem preparasti cuius
 erunt. **Item** lu. ibidem. **Et** vos esto-
 te parati quia qua hora non putatis filius
 hominis veniet etc. **Ad** idem est aug⁹
 in ser. de innocentibus. **Hac** inquit
 aduersionis pena peccator percipi-
 tur ut moriens obliuiscatur sui qui vi-
 uens oblitus est dei. **Et** gre. qui tibi
 veniam promissit diem crastinum non
 sponpondit. **Qui** promittit penitenti
 veniam non promissit peccanti. **Et**
Vñ notat dominus alber. super illo ioh^a.
 ij. **Quis** scit si conuertatur. et ignoscat

cōuertat^r in q̄ ab ira sc̄z ad misericordiā. licet em̄ vex sit qd̄ d̄z eze. xvij. Quacūqz hora peccator ingemuerit omnium iniquitatū eius non recordabor amplius tñ valde incertum est vtrum ad vltimā egritudiez penitentiā differenti gr̄am dare velit in tali em̄ casu dicit gre. Qui nō vult cū poterit. iustum est vt infligatur ei nō posse cum voluerit. vii. puer. j. Vocauī et renuistis. extendi manū meā et nō fuit qui aspiceret. desperastis omne cōsiliū meum et increpaciones meas neglexistis. ego quoqz in interitu vestro ridebo. Sequit^r in iohē. r̄ ignoscat id ē quis scit si ignoscere velit q̄uis certum sit cōtricio ignosci tñ incertum est an sit vere cōtritus. id̄ eccl. vij. Nemo pōt hunc corrigere quē ille d̄spererit. Et. ij. mach. ix. orauit sceleratus videlicet antiochus ad dñm a quo nō erat misericordiā q̄ secur⁹ hec alber. Huic cōsonāt verba augustini in ser. de peni. vbi dicit. Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipe penitentiā et accipit mox recōciliabit^r ei hinc vadit fateor nō illi negamus qd̄ petit sed nō p̄sumimus q̄ bene hinc exit si securus hinc exierit ego nescio dare p̄nāz possumus sc̄z exteriorē sed securitatē nō nūquid dico damnabit^r sed nec dico q̄ saluabitur. Si vis de dubio liberari age penitentiā dū sanus es. si sic agis dico tibi q̄ securus es qz penitentiā egisti eo tempe quo peccare potuisti due res sunt aut ignoscitur tibi aut n̄ ignoscit^r Quid horz tibi sit futurz nescio ergo tene certū. et dimitte incertū id̄ est age penitentiā sanus. hec aug. **h** Sed quo ad terciū principale

dubiū est an viuus pro te viuus peccatore satisfacere possit. Rñ. tho. j. iij. di. xx. vnus apud humanā amicitiam pro alio pōt satisfacere. g^o multo magis apud deū tñ qz satisfactio est etiam in remediū cōtra futurz lapsus in futura peccata. r̄ qz vnus nō p̄seruat^r a peccatis p̄ satisfactiōne alienā. ideo nō est permitteudū vt vnus viuus pro alio viuus penitentiā agat nisi in ip̄o penitente appareat aliquis defectus scilicet corporalis p̄ quem fit impotes ad sustinendū satisfactiōem vel spūalis p̄ quē nō fit prompt⁹ ad portandū penam. Vnde cōfitei pōt duplex satisfactio iniungi. vna pro p̄teritis. alia pro futuris. etiaz vnū op⁹ p̄t propter ambo iniungi. Satisfacere igit^r pōt vnus viuus pro alio viuus et penitentiā agere. vt dicit pe. de pa. in iiii. di. xx. fm̄ doctores cōmuniter in multis casibus. P̄tio qñ forma iniunctiōis sacramentalis illud cōtineret vt si dicit. omnia ieiunia que tu feceris vel alij pro te fecerint sunt tibi in remissionē peccatorz. tūc alterius ieiuniū pro me factum. pro me satisfacit. similiter si tibi iniūctum est ire ad sanctum iacobū per te vel p̄ aliū vel ieiunare p̄ te vel p̄ alium Secūdo si ē omnimoda indifferētia. tūc idem est. verbi gr̄a si impositū est alicui dare pecuniā. non omnino idem est si tu das vel alius pro te de suo. Sed si seruus tu⁹ de tuo daret etiā te in gracia et illo in mortali cōstituto satisfaceret. Racio qz elemosina esset in casu tali tibi meritoria ergo hoc opus est satisfactoriū. Tercio quādo quis nō pōt satisfacere p̄ se tunc pōt facere p̄ aliuz. qz talis videtur

voluntas imponens qui noluit ad impossibile obligare nec ad purgatorium dirigere. Vnde cum dicitur impenitentia ieiunes intelligitur id est per teipsum si potes. si non fac per alium. sicut etiam facta est penitentia pro nobis per christum. **I** Sed tamen ut supra dictum est aduertendum. quod quando quis potest satisfacere per seipsum. et quando penitentia data sibi est in remedium. Si tunc talis alio modo non re compenset certum est quod non sufficit per alium fieri satisfactio. ut si ieiunium est tibi impositum ad domandum carnem contra luxuriam non sufficit quod alius pro te ieiunet quam carnem tuam vis nutrire nec aliquo equipollenti edomare. hec per deum per alium. **S** Nunquid meretur satisfacere per alium. **R** Non. **tho.** et per deum per alium. quod quicumque in caritate pro alio satisfacit pro viuo vel mortuo sibi semper meretur sed non satisfacit pro se sed pro alio solui. vnde pro se ita tenetur ac si nihil fecisset. simile est quod qui pro alio communi creditori soluit illum solum liberat nisi seipsum nisi suo nomine illi soluat. licet apud illud de amicitia laudem habeat. **L** Vnde volentes pro se satisfacere ut prudenter et fideliter agant. tria debent notanter seruare. Primo satisfacere sit in caritate. et talem querat quod secundum communem et tuciozem opinionem. Actus qui non est ideo acceptus non potest esse satisfactorius pro facienti nec pro alio. ergo qui vult penitentiam suam alteri imponere nisi velit se periculo exponere aliquando debet querere hominem de quo confidat quod sit in caritate viuens caute. Secunda doctrina qui vult penitentiam suam alteri iniungere debet fatagere quod non solum

ille sit bonus sed quod sit melior se. ut non solum sit satisfactoria. sed etiam magis satisfactoria. vnde hec est tertia causa propter quam licet alteri penitentiam tuam imponere etiam ubi tu posses met sed satisfacere quam sed tu vis melioribus occupari. sed non propter amorem carnis quam bene vis alias domare. sed quod deo magis carum vis facere. Tercia regula consulendum est diuitibus nobilibus potentibus et hominibus alijs peccatoribus quod querant precipuam bonorum que in religionibus sunt. quod ibi sunt penalitates plures quam alibi. et magis accepte deo quam alibi. **M** Sed ad huc est dubium cum tres sint partes satisfactorie. oratio. ieiunium. et elemosina. quod eorum est magis satisfactorium. **R** Non. **durandus.** xv. quod aliqua comparantur inter se debent comparari ceteris partibus existentibus. Et secundum hoc dicitur quod supposita pari gratia. vel caritate. ieiunium est magis satisfactorium quam elemosina vel oratio. indigne tamen et comitatiue elemosina est magis satisfactoria. primum probatur quod supposita caritate. illud est magis satisfactorium. quod est magis penale. quod in opere satisfactorio formalis condicio ex parte operis est penalitas sed ieiunium est magis penale quam elemosina vel oratio. comprehendendo sub ieiunio quicquid est corporis afflictiuum. ut discipline vigilie et similia. ergo ieiunium est magis satisfactorium. nec obstat illud. **i. thi. iiii.** Corporalis exercitatio ad modicum valet pietas autem ad omnia. quod differt meritum et satisfactio. meritum enim est ad acquirendum primum ad quod requiritur et sufficit bonitas operis. et quod melius est magis meritorium. Et sic

dare elemosinā est magis meritoriuū
 q̄ ieiuniū cum sit opus bonū danti
 et recipiēti. Ieiuniū aut̄ nō sic Sa-
 tis factio aut̄ cum ordinet̄ ad expi-
 aciōez pene requirit quidē opus bo-
 num. sed formale in ope est penali-
 tas. qz p̄ penam recōpensatur prop-
 ter qd̄ ieiuniū est magis satis facto-
 riū. Indirecte aut̄ et cōcomitatie
 elemosina est pocior p̄ satis factiōis
 probatur qz illa est pocior ps̄ satis
 factiōis in qua cōtinent̄ virt̄ uali-
 ter alie ptes̄ satis factiōis. vt de se-
 patz. sed elemosina est hmōi. vt p̄z
 primo qz elemosina eum cui dat̄ cō-
 stituit debitorē ad ieiunandū ⁊ orā-
 dum et faciendū alia que pōt̄ ei qui
 dedit loquendo de debito mortali
 nō ciuili. Secūdo qz elemosina pro-
 pter deū data est quasi quedam ob-
 latio deo facta s̄m philo. iiii. ethi.
 Oblatio aut̄ deo facta vim oraciōis
 habet. frequēter em̄ plus impetrat
 donū q̄ supplicatio. Tercio cū bōa
 exteriora ad cōseruaciōez corpis or-
 dinent̄ subtractio eoz̄ p̄ elemosinā
 virtute cōtinet ieiuniū. Et plerūqz
 cōtingit q̄ aliquis arcius viuūt ex
 hoc q̄ sua dedit. Igit̄ elemosina
 cōplecius habet vim satis factiōis
 q̄ oratio vel ieiuniū. Et propter
 hoc elemosina indicitur vt̄ vniuer-
 salis medicina peccati. Lu. xj. date
 elemosinā et om̄ia munda sunt vo-
 bis. et thobie. xij. Elemosina a mor-
 te liberat et ip̄a est que purgat pec-
 cata. ait raphael. et facit̄ inuenire
 misericordiā et vitā eternā. durād̄

Capitulū duodecimū de sacramē-
 to eucaristie.

Ostremo de nobilissimo
 sacramento eucaristie vi-
 dēda sunt tria principa-
 liter. Primo que exigant̄-
 tur ad cōmunicandū sine nouo pec-
 cato cum augmento meriti. Secun-
 do quis fructus bene ḡmunicanciū
 Tercio que exigant̄ ad frequenter
 cōmunicādos. **A** Quantum ad
 primū notandū s̄m Tho. et alios
 docto. in. iiii. circa materiā. di. ix. ⁊
 sequenciū. Ad sumendū eucaristiaz
 sacramentaliter et spūaliter xv. exi-
 gunt̄ s̄m que quisquis se probare
 debet. probet inquit aposto. j. Cor.
 xj. seip̄m hō et sic de pane illo edat
 Primū est vt̄ cōmunicans sit homo
 nam solus homo sacramentū hoc p̄
 se sumere pōt̄ sacramentaliter ⁊ spi-
 ritualiter saltem nō angelus bonus
 nec malus. nō aīa exuta in purgato-
 rio limbo vel in inferno nec animal
 brutum. probat̄ q̄riste solus sumit
 p̄ se sacramentaliter et spūaliter qui
 vtitur sacramēto vt̄ est sacramētū
 et x̄po incorpaler. sed sic nullus p̄-
 fatoz̄ valz̄ ergo ambe p̄misse vere
 probatur. qz ille solus vtit̄ sacramē-
 to vt̄ est sacramentū qui vtitur spe-
 ciebus sensibilibus et velātib̄ ali-
 quod spūale cōtētū. et qui x̄po am-
 plius vel de nouo incorporat̄ sed
 nullus istoꝝ est hmōi. nisi homo ex
 quo patet maximū donū dei. nā qui
 in patria sunt x̄po fruunt̄ leci⁹ q̄
 nos sed nos x̄pm̄ i euca. summ⁹ fru-
 ctuosius qz p̄ficere possum⁹ i essen-
 ciali et accidentali p̄mio. beati x̄pm̄
 habent securius sed nos mirabilius
B Secūdo est vt̄ quis sit ho-
 mo viator. nō cōphensor. Et ideo
 viaticū d̄ vt̄ nos p̄feruet ab hosti-
 bus et ab impedimētis vie. vnde si

apparerent aliqui sancti puta pater et mater defecti petentes sacramentum. sicut quicquid est factum non debet sacerdos eis ministrare. sed potest in missa sacrificium tale pro eis offerre. **Tercium** est ut quis sit fidelis et baptisatus. ideo non est dandum catechumini nec videre debent infideles quia nullus nisi ad christi populum ascriptus baptismatis sacramento debet admitti ad sanctam eucharistiam. **Quartum** est ut quis sit adultus. nam masculus xiiij. et femina xij. sed pro tunc prius vel posterius quam peccare potest mortaliter. discernere cibum corporalem a spirituali deuotionum dicitur hoc sacramentum masticare. in septimo actauo vel alio quocumque debito anno. et hoc iudicio boni viri reliquendum est et statuto sinodali vel consuetudini bone non preiudicare debet.

Quintum est ut quis sit mente prebitus propter demoniacos et amentes. Vbi sciendum quod si faciunt gestus piculosos et sunt furiosi de quibus possit preiudicari quod eicerent corpus christi vel tractarent impudice vel irreuerenter in hoc casu non esset eis eucharistia ministranda propter reuerentiam sacramenti. Si autem sit amens et non furiosus. sed tamen loquens inania et alienus a sensu distinguendum est quia aut preiudicat actus. et signa deuotionis ad sacramentum. Et sic determinat. c. de off. di. ij. c. de infirmitate tali eucharistia non est neganda. Aut nullum pro tunc preiudicat actum. vel signum deuotionis tunc currendum est ad tempus preiudicans passionem vel ei tunc peccat et deuotionem ad sacramentum preiudicat. si alias non immineret periculum posset quidem sibi licite dari. Sed non video de pe. de pa. necel

sitatem magnam. sed si talis amens haberet lucida interualla. possumus dare eucharistiam tempore lucido. demoniacis autem. scilicet possessis a demone si habent deuotionem ad communicandum dari debet eis secundum thomam. Nam casu si collationem sereni dicit quod multi pro illud liberati sunt a demone. predictis omnibus concordat thomas. **Secundum** est ut sit ieiunus ieiunio nature. Ratio prima quia sic placuit spiritui sancto qui hoc per apostolos ecclesie sciendum tradidit. ut dicit augustinus ad inquisitiones ianuarij. **Secunda** propter reuerentiam corporalem. dignum enim est ut panis celestis preiudicat omnem terrenum panem. **Tercia** ut maior deuotio habeatur que solet impediri sepe per cibum vel potum. omnis igitur potio vel cibatio proprie quocumque fine fuerit sumpta impedit dignam eucharistie sumptionem. ut dicitur de pe. de pa. Excipiuntur tres casus in quibus non ieiunus potest communicare. **Primo** ratione infirmorum de quorum periculo timetur ne sine viatico vadant. tales communicandi sunt etiam non ieiunus. **Secundo** sacerdos qui sumit aquam puram pro errorem pro vino post eucharistiam tenetur integrum sacramentum postmodum perficere. **Tercio** in pasceus contingere posset quod antequam eucharistiam quis deglutiret vinum preiudicaret in stomachum. **Idem** in estate contingere posset communicanti cuilibet cuius palato adhere posset nec deglutiri nisi dilueretur vino vel aqua prius stomachum intrare. **Et** quibus patet quod si cibus aut potus proprie sumatur ratione medicine solius non intentione se nutriendi impedit eucharistiam. **Item** si quis heri paricuram in ore posuit et hodie traiciat impedit

eucaristiam. **I**tem qui probando vinum seu gustando vel cibum aut aquam casu deglutiret. licet statim euomeret non alteratum in aliquo adhuc impediret. quia esset comestio vel bibitio nisi in alium conductum gutturis transisset et statim eiectum esset tunc non impediret. **Q**uoniam vero fieret deglutitio casualis salive vel reliquiarum cibi vel aque remanentes post locutionem dencium vel oris non impedit. **D**icitur etiam Rich. quod si sacerdos ante missam lauet os et casu gutta aque intrat stomachum non credo quod ideo teneatur dimittere missam. maxime in die solenni cum non videatur impedire dignam preparationem nec reuerentiam sacramenti. **E**t de similibus idem iudicium habeat. **I**tem si quis sale et aceto perfunderet dentes et quicquid facerendum tamen non deglutiret. siue medendo siue lauando non esset comestio nec bibitio. **E**t licet os non sit ieiunium tamen stomachus ieiunus est. ideo non impedit. **R**eliquie etiam aque ex quo casualiter non ex proposito os ablundo traiciunt licet non sint conuerse in saluam non impediunt. **I**tem cocci vel tabernarij vel ministrantes ad mensam qui cibum vel potum ponunt supra linguam solum ad probandum et statim prociunt quauis propter reuerentiam primi duo pro tunc deberent a talibus se continere et tertius alteri probam committere tamen non impediunt. **S**i autem quis talia deglutiret licet statim euomeret non alteratum impediret. hec omnia per de pan. **D**icitur autem ieiunium nature quod incipit ab abstinentia prenominatorum a media nocte. dicit etiam landolfus nisi cibus vel potus digestus fuerit sano iudicio ministrantis vel recipientis eu-

caristiam non debet sumi hoc sacramentum dormitio tamen post cibum non exigitur nisi in quantum quis sine somno in deuotus efficeretur non multum etiam decet bibere post matutinas sero dictas. et multoties comedere nisi necessitas urgeat. **S**eptimum est ut sit sine conscientia peccati mortalis post diligentem discussionem conscientie sue. unde apo. i. Cor. xi. prebet autem seipsum homo et sic de pane illo edat. **I**bi notandum secundum **T**ho. di. ix. per de thar. sco. quod duobus modis potest contingere aliquem cum peccato mortali accedere. primo conscientiam de hoc habendo. secundo non. **P**rimum fit tripliciter. primo sic accedentes cum conscientia peccati mortalis quorum conscientia consurgit ex certitudine sufficienti. ut qui scit se fornicatum vel scit se in actu peccati mortalis interiori vel exteriori putari qui sibi sunt conscientij peccati mortalis non de eo dolentes. tales accedendo peccant mortaliter quia contemnunt. **E**t quia indigne manducant iudicium sibi manducant. quia abutuntur sancto sanctorum. **E**t menciunt se incorporari christo quod eucaristia figurat. **S**ecundo sunt quidam habentes conscientiam peccati mortalis. quorum conscientia consurgit ex certitudine probabili putata qui diu morose delectati sunt. et tunc sic accedendo sine contritione adhuc peccant mortaliter. quia discrimine se committunt circa tamen ministerium. **T**ercio quis habet conscientiam peccati mortalis cuius conscientia ex leui consurgit. ut homo scrupulosus qui timet de leui dilectione ne fuerit peccatum mortale et taliter accedens di. per de thar. non peccat mortaliter

quod vix est sibi pe. de pa. quoniam firmas
 conscientiam non habet sed timorem que
 dam vel vacillacionem cui remittit.
 Unde pe. de tha. dicit in primo casu
 quis contemnit in secundo se discrimi
 committit. sed tercio non. Secundo qui
 dam sunt qui non habent conscientiam
 peccati mortalis. et tamen sunt in peccato
 mortali ignorantes. Et hoc etiam fit
 tripliciter. Et primo quoniam quis prepara
 uit se et discussit prepacone sufficie
 ti diligentissime conscientiam examinando
 et peccatos consulendo et talis accedendo
 non peccat. sed remissionem pec
 catorum si que latent accipit et mere
 tur. videtur autem ista examinatio dili
 gentissima quam tradit sco. dicens di
 ligenti inquisitione habita sibi possi
 bilitatem nostre fragilitatis quan
 tam scilicet diligentiam faceret prudens
 vir in ardua re quam vellet examina
 re seriose. Quam etiam inquisitionem
 oportet differentem esse sibi diuersi
 tatem penitencium ut maiorem appo
 nat diligentiam quia forte diuicius non
 est confessus et minus in animum suum
 posuit peccata sua ut ea memoriter
 recineret et suo tempore distincte confite
 retur premissa insuper contricione et con
 fessione sufficienti sibi probabilitatem
 correspondenter ad predictam inquisi
 tionem si tunc comunicet non peccat
 immo si aliquo alia peccata lateant
 per illud sacramentum dimittentur. Alij
 sunt qui conscientiam suam examinant
 probabiliter et confitentur. Et tales
 dicit pe. de tha. accedentes si peccat
 sed tamen remissionem peccatorum non acci
 piunt nec merentur. Sed tho. ubi pri
 mo dicit. Si quis per quatuor signa facta
 diligenti inquisitione sue conscientie quam
 uis forte non sufficienti ad corpus christi
 accedit aliquo modo peccato mortali

in ipso remanente quod eius cognitio
 nem preterfugit non peccat immo ma
 gis ex vi sacramenti peccati remissi
 onem consequetur. Unde aug. dicit in
 quodam sermone quod quoniam corpus christi
 manducatur viuificat mortuos. **¶**
 Que autem sunt illa quatuor signa di
 cit tho. Certitudo haberi non potest
 an aliquis sit sine peccato mortali.
 j. cor. iij. nihil mihi conscius sum
 sed non in hoc iustificatus sum per tamen
 de hoc haberi aliqua coniectura pre
 cipue per iij. signa. sicut dicit bern.
 primo cum quis deuote verba dei au
 dit. quia qui ex deo est verba dei au
 dit. Joh. viij. Secundo cum quis se
 promptum ad bene operandum inuenit
 Quia probatio dilectionis exhibitio
 est opis. ut dicit Greg. Tercio cum
 quis abstinendi a peccatis infuturum
 propositum habet. Quarto cum de pre
 teritis dolet quia in his vera penitencia
 consistit. sibi gre. tercio sunt qui neu
 tro modo se discutiunt sed negligenter.
 Et tales di. pe. de tha. peccant
 mortaliter accedendo et dixerunt
 maxime si negligentia sit magna. di
 cit etiam sco. quod contritus qui habet
 copiam confessorum tenetur confiteri sub
 ista lege videlicet probet autem seipsum
 homo. Octauum requisitum est ut
 quis non sit conuersatione in crimine
 notatus ut duellare volens preterter
 impetens. Et publicam penitentiam
 agentibus non debet dari nisi comple
 ta penitencia nec histridibus nequi
 ciosis nec suspensoribus pueris. In
 tellige de sanis et quousque appare
 at emenda aliqua post eorum uersio
 nem. Nonum est ut sit in corpore mun
 dus. **¶** Vbi notandum quod quadruplex
 est immundicia prima corporalis
 coniuncta cum immundicia spiritali

szm veritatem sicut in vigilia fornicantes qui in crastinum celebrant vel statim. Secunda est corporalis concubina immunditie spirituali szm quandam similitudinem. vt in somnis fit sordidus cum pollucioibus. Tercia est immundicia corporalis horrore causans in primis sed nec in re nec imagine coniuncta peccato vt lepra menstruum fluxus semis ex debilitate nature causatus. Quarta est indifferens vt esse sordidum pedibus lutosis vel fuligine tactum aut sudantem. Prima improprie edit. secunda si ex causa precedenti in vigilia vel paulo ante pro mortale peccatum est egressa impedit etiam terciaria impedit vt non publice quis celebret aut crebro comunicet sed occulte non impedit celebrare. Quarta est indifferens. non lotis enim manibus manducare non coinquinat hominem propter reuerentiam tamen immundicia debet seruari quantum commode fieri potest.

Indecimum est vt sit quis sine periculo vomitus. et idem est de eo qui stomachum haberet taliter dispositum quod a se sumpta cruda egeretur prout enim etiam fieret irreuerentia sacramento et comunicare quis non deberet. de pane de potu. Undecimum est vt quis non sit apparitione miraculosa prohibitis. Si enim in speciebus illis appareret frustrum carnis puer vel aliquid homini non essent tunc species ille percipiende. Ratio quod Christus instituit quod sumere eucaristiam in specie panis et vini. Duodecimum est vt recipiat a ministro idoneo non a muliere nec a laico. nec a diacono ubi potest copia sacerdotis haberi. nec a quolibet sacerdote sed a papa episcopo plebano proprio vel a legato proprio vel ab eo cui aliquis talium

licentiam dederit idoneo sacerdoti scilicet nec etiam a quocumque flato sed a non excommunicato non interdicto non suspensio. Tredecimum vt recipiat tempore debito vt ad minus semel in anno. et szm diuersos status a diuersis diuersimode. Quartumdecimum est vt fiat recte a intentione szm quam Christus instituit per medicina videlicet anime non corporis nec ad maleficium. Quintumdecimum est vt fiat cum actuali deuotione quod cum eucaristia datur vere in cibum et potum consideranda est manducatio nostra realis quam consistit in speciebus attritione sacramentalis aut consistit in interiori intellectu et affectus ruminacione per fidem considerando Christi passionem dignissimam eius incarnationem et similia beneficia et spe vultu ad amorem eius accedere si eius unionem consideremus. quod sicut nocet aut parum prodest cibus corporis in stomachum traiectus sine masticacione. oris et calore stomachi. Sic nec eucaristie sacramentum nisi ruminetur vt premititur et caritate in Christum caleamus. Actualis enim deuotio causatur ex timore et amore. timor insurgit ex consideratione nostrorum defectuum et Christi magnitudine aut iustitia. Sed amor iungendus est quo Christum ne dum velut filium patrem et benefactorem imo vitam cordis consideremus amplexibus. Quoad secundum principale de effectibus eucaristie szm theologia sunt septem notabiles de. xij. iij. Et recipiuntur ad similitudinem celi corporalis. Primum et principalissimum quod nos deo per amorem amplius vnit. iste enim cibus non Christum in nos facit mutari sed nos in Christum szm illud Christi ad augustinum. cibus sum grandium cresce et manducabis me nec

tu me mutabis in te sicut cibz carnis tue. sed mutaberis in me. Secundus est restauratio de pditorz in reparacōe cuiuscūqz defectus pcedētis. Tercius est augmentū omnium virtutum. Quartus remissio peccatorum venialiū omniū aut multoz quo ad culpam. h̄m q̄ deuotio minor et maior ibi fuerit. Quintus est remissio peccatorz mortaliū si inuenit in subiecto. nō in conscia modo supra dicto vel tacto. Sextus ē remissio pene debite pro mortali ⁊ veniali in toto vel in pte sed hoc dicit tho. facit eucaristia solum q̄ est sacrificiū vt in missa pro aliquo lecta que certū valorem habet ad satisfaciendū. Et vltra illum habet efficaciam et deuociōe ministri et procurantis missa. Septim⁹ est remissio fomitis vt minus proni simus ad vicia. facilius ei cauet quis futura etiam mortalia roborat⁹ hoc pane hec tho. vbi prius. **L.** Quo ad terciū principale de frequentaciōe eucaristie querit sanctus tho. i. iij. di. xij. An qualibet die possit quis eucaristiam sumere R̄n. in hoc sacramento requirit⁹ ex pte recipientis desideriū cōiunctiōis ad xpm qd̄ facit amor. et reuerentia sacramenti que ad donū timoris p̄tinet. Primū incitat ad frequentaciōem hui⁹ sacramenti quotidianā. sed scdm̄ retrahit vnde si aliquis expimentaliter cognosceret ex quotidiana sumptione feruorem caritatis augeri reuerentiā nō minui deberet quotidie cōmunicare. Si autē sentiret p̄ quotidianā frequentaciōem reuerentiā minui et feruorē nō multū augeritalis deberet interdū abstinere vt cum maiori reuerentiā et deuociōe postmodū accederet vñ quantū ad

hoc vnusquisqz relinquendus est iudicio suo. Et hoc est qd̄ aug. dicit. Dixit quispiam nō esse accipiendaz quotidie eucaristia. Alius affirmat quotidie summēdā. faciat vnusquisqz qd̄ h̄m fidem suā pie credit faciēdum esse. hec aug⁹. Et probat exemplis zachei et centurionis quorum vnus recipit dñm gaudēs alius dicit. non sum dignus vt intres sub tectum meū. et vterqz misericordiam cōsecut⁹ est. hec tho.

Capitulum

xij.

O Vm autē inter ea q̄ sanctificanda sunt locus dei cōtineat⁹. Idcirco de sanctificaciōe et veneracōe sanctorz locoz puta altaris ecclesie et cimiterij tria sunt videnda. Primo cur eccie sanctificari debeāt et p̄ que. Secdo cur oracio vel alij cult⁹ latrē in ecclesia facti deo pl⁹ placeant et cicius impetrēt ceteris paribus q̄ si extra locum sacrū fierēt. Tercio p̄ que debonestent⁹ loco deo sacrata. **S.** Quantum ad primū notandū q̄ eccia frequentanda est sex de causis. quas san. tho. posuit sup̄ illud ioh. ij. Nolite facere domū patris mei domū negociacōis. Ecclesia inquit frequentanda est propter sanctorz reliquias sacramētorz efficacias officiorz frequēcias āgeloz residētias multas indulgēcias ⁊ mortuoz indigēcias. hec tho. in postil. Idcirco di. bea. aug. in reg. sua In oratorio nemo aliqd̄ agat nisi ad qd̄ factū ē. vñ ⁊ nomen accepit ⁊ cāz alligē dicēs vt si forte aliqui p̄ter horas gstitutas si eis vacat orare voluerit n̄ sint eis impedimēto qui ibi aliquid agēdū putauerūt. **S.** Si dubitat⁹ an tpe grē dbeat eē loc⁹ orandi sp̄ialis videt⁹

q̄ nō q̄ mulieri iohan. iij. de loco orandi quēret̄ iesus respondit. venit hora in qua veri adoratores adorabunt in spū et veritate. R̄ndit **H**umber. in regu. expositi. Nō est i loco ponenda talis fiducia q̄ credat aliquis alibi se nō posse exaudiri si cut fecerūt aliqui iudei sed curandum est ex alijs tribus causis de loco. Primo q̄ si nō esset aliquis loc⁹ deputatus oraciōi tūc nesciret̄ vtz homies orarent vel nō et multi obmitterēt orare. secūdo q̄ vadēs ad locum orandi plus laborando āpli⁹ meret̄. Tercio vt oraciōis locus ad orandū excitet et moneat. sicut locus cōmedendi excitat appetitū cib̄ et mensale ad idem et sic de alijs.

Dubitat̄ secūdo que i oratorio possunt fieri licite. R̄ndit q̄ s̄m eundem q̄ triplices sunt actiones in genere. Quedam sunt spūales vt f̄dicaciōis audientia et ea que nominata sunt p̄ tho. et talia regulariter possunt ibi fieri. hoc em̄ innuit nomen oratorij qd̄ ab oraciōe dicitur accipiēdo oraciōem generaliter pro omni exercicio que anima erigit̄ in deū. s̄m q̄ oracio a dām diffinit̄. oracio est assensus mētis in deū vnde et sup̄ illo **M**ath. xvij. hoc venus demonioꝝ nō eijcitur nisi p̄ oraciōem et ieiuniū. glo. dicit oracio generalis nō solum est i verbis. sed in omnibus que in obsequium dei et fidei deuocionē gerimus. Simile dictum fuit supra de p̄tibul fati factiōis tribus. Alie vero actiones sunt necessitatis et sine peccato possunt ibi fieri dispensatiue nā ecclesie cum omnibus ornamentis suis. debent teneri munde. nec debent ibi conuiuia fieri vel homines

ibi iacere aut sua suppellectilia mittere nisi propter hostiles incursum aut incendia repentina seu alias necessitates vrgentes sic tñ vt necessitate cessante res in loca pristina reportent̄. **I**d probant summiste eē. de custo. eucari. **R**e. di. xliij. ca penultimo. et vlti. **I**tem propter metum paganorū hereticorum piratarū seu predonum. pōt ecclesia incastellari seu muniri. Et possunt habere ibi refugium nō solum clerici sed etiam laici et defendere ecclesiam et que in ea sunt probatur vt prius. Et ad idem est rai. et hostien. nō ergo licz in ecclesia cōmedere bibere vel iacere regulariter sed dispensatiue et ex causa. Tercio di. humber⁹. sunt actiones quedam que vir aut nunquā sine peccato fiūt. et tales nūq̄ ibi fieri. nisi forte in necessitate peregrinandi. de quibus dicit̄ in tercio membro. **E** Quo ad scdm̄ principale notandum q̄ s̄m humberū vbi pri⁹. Quauis oraciōes ⁊ alia sub oraciōe contenta in omni loco possunt fieri s̄m illud. j. thi. ij. In omni loco leuantes puras manus. tñ cōpetentius et fructuosius i oratorio effundunt̄ septem de causis vel rōibus. Prima quia pie credendum est q̄ deus facilius exaudiat i loco sibi deputato ad hoc q̄ in alio vnde ij. pali. vij. oculi mei erūt ap̄ti et aures mee erecte ad oraciōem eius qui in loco isto orauerit. Secūdo quia credendū est q̄ angeli sancti locum talem sanctū magis frequentent qui est dom⁹ dei. vñ i h⁹ rei argumētū. **J**aco. gn̄. xxvij. vidit angelos dei ascendentes et descendentes in loco qui d̄z berthel. i. domū dei. **I**pi aut̄ sunt qui necessarij sunt

ip̄is or̄atib⁹ ad ferēdū or̄oes n̄ras
 corā deo. Tercio pbabile ē q̄ d̄mo
 nes qui libenti⁹ impediūt or̄oes nō
 audeāt ita accedere ad hm̄oi locum
 sanctū sic ad alia p̄pter terrore q̄z
 incutit eis loc⁹ sanct⁹ vñ gen̄. vbi
 prius. Quā terribilis ē loc⁹ iste qd̄
 v̄ez est p̄cipue de demonib⁹. Quar
 to qz oratoriū cōsecratū est in hono
 re alic⁹ sancti p̄iū aut est credere q̄
 sanct⁹ patron⁹ ecclie sp̄alem curā
 habet de cōueniētibus ad locū sui
 patronus. sicut princeps terre de
 hijs qui cōueniūt ad loca sui domi
 nij. sicut inuenit⁹ de beato iacobo ⁊
 de multis alijs sanctis sp̄aliter iu
 nantib⁹ sua loca visitantes. Et qz
 or̄atib⁹ nō modicū necessariū ē ad
 iutoriū sanctorū qui sunt potētes
 apud deū s̄m illud Job. v. ad aliq̄z
 sanctorū cōuētere. Cōsulci⁹ oratur
 in locis sacris q̄ alibi. Quāto ibi est
 frequēter corp⁹ xp̄i cōtinue aut ho
 ra misse ad min⁹. Rōne c⁹ quelibet
 ecclia excellit templū primū salomo
 nis in quo nūq̄ tm̄ bonū fuit i pre
 sentia aut xp̄i si quis forti fide orat
 cicius exaudiri poterat sicut latro
 prope xp̄m in cruce et magdalena et
 chananea cito exaudiebant⁹ xp̄o pre
 sente ergo in fide accedēdo qui pl⁹
 mereri pōt q̄ p̄ntia corp̄alis xp̄i fa
 cientis miracula hodie tam cito ex
 audiri possum⁹ quā olim. vñ johā.
 pp. xps̄ illd̄ tho. inuisse videt⁹ dicēs
 Quia vidisti me thoma credidisti
 beati qui nō viderūt ⁊ crediderunt
 Sexto in ecclesijs sunt reliquie san
 ctorū nec dubiū talia coopari ad ef
 ficaciā nostre oraciōis q̄ fuerint
 venerate. ideo quo ad quintū et sex
 tum. i. hebre. ix. d̄r. Manna qd̄ figu
 rabat corpus xp̄i et virga aaron et

tabule moisi tanquā eorū reliquie
 custodiebant⁹ in propiciatorio siue
 oraculo et nō alibi tanquā cōpeten
 tia orōni et ppiciaciōi. Septio ibi
 sunt imagines crucifixi beate virgī
 nis sanctorū siue angelorū vt frequē
 ter quasi libri laicorū. hec aut sensi
 biliter in mētē introducūt horū me
 moriā que introducta multū valēt
 frequēter ad excitādū deuociōem.
 deuociōis aut affect⁹ summe facit
 orōez efficacē. vñ aug. ad pbam de
 orādo deū. dignior sequit⁹ effectus
 q̄ feruētior p̄cedit affect⁹ s̄m illd̄
 j. cor. j. ad affectū cordis respicit
 de⁹. piculosus ē depigere imagines
 luxuriosas Ezech. viij. In oratorio
 etiā fit cōkursus multorū. Sicut em̄
 ferū ferro acuit sic deuocio fidelium
 mutuo excitat⁹. impossibile ei est p̄
 ces multorū nō exaudiri. Itē math.
 xvij. vbi duo vel tres fu. 2c. **FC**
 Quātū ad iij. p̄cipale. s. de hone
 stātib⁹ ecclias aduertēdū q̄ d̄ ecclia
 qualibz intelligi pōt illd̄ Gn̄. xvij.
 quā terribilis est loc⁹ iste nō ē hic
 aliud nisi dom⁹ dei et porta celi ve
 re etem̄ d̄ns ē i loco isto vñ irzeue
 rētes ecclias peiores qd̄mō sunt q̄
 demones qui terrent⁹ a locis sacris
 s̄ nō hoies illi mali. vñ ḡ tales ter
 ribilis le. histo. ij. macha. iij. de he
 liodoro p̄cipe cui irzeuerēter tem
 plū intrāti apparuit equ⁹ terribilē
 h̄ns sessorē. optis adornat⁹. isqz cū
 impetu heliodoro p̄iores calces he
 listit qui aut insidebat hēbat aurea
 arma. alij aut apparuerūt duo iu
 uenes qui circumsteterūt eū. et ex
 vtraqz pte flagellabāt sine intermis
 siōe. Subtio aut heliodor⁹ cecidit i
 terā ⁊ i sella gestatoria d̄prat⁹ ē ex
 erario ⁊ iace. mut⁹ absqz oi spe sal.

priuatus sed post p̄cibus om̄e sacer
dotis vita ei donata ē. **S**ūt
aut̄ plura p̄ que irreuerentia sacro
loco siue sit cimiteriū siue ecclesia
exhiberi p̄t que tangit grego. de
cim. Et ponunt̄ in generali cōci-
lio lugd. li. vi. de immunitate eccie
et cimiterioꝝ. c. decz. Decet inquit
domū domini santitudo decet vt eꝝ
in pace factus est locus eius cultus
fit cum debita veneraciōe pacificꝝ
Sic itaq; ad ecclesias humilis ⁊ de
uotus ingressus. Sit in eis quieta
cōuersacio deo grata inspicientibꝝ
placita. que cōsiderantes nō solum
ltruat sed reficiat. Et addit q; quo
ciens nominat̄ nomen iesu xp̄i ibi
specialiter inter sacra misteria fle-
ctantur genua cordis et illud capi-
tis inclinaciōe quis testet̄ nullus
ibi sediciōem excitet cōclamaciōem
moueat. impetum ve cōmittat. Ces-
sent etiam in locis illis vniuersita-
tum et societatum quelibet cōsilia.
cōtenciōes. et publica plamēta Ces-
sent vana et multi fortius sēda et
prophana colloquia. Cessent cōfa-
bulaciōes quelibet. Cessent in eccle-
sijs et eaz cimiterijs negocia ⁊ pre-
cipue nundinaꝝ ac fori cuiuscunq;
tumultus et omnis in eis seculariū
iudicioꝝ strepitus cōquiescat. nul-
la inibi causa per laicos criminalis
maxime agitet̄. Sint loca eadem a
laicoꝝ cōgregaciōibus penitus ali-
ena. Et ponit ibi causam illam ne
vbi est peccatoꝝ venia postulanda
ibi peccandi occasio detur. aut com-
prehendant̄ peccata cōmitti. hec
vbi prius. **P** Secundo habet
emunitatē hanc ecclesia vt multi
ad eam cōfugientes. vita tueantur
corpali de illo beatus augu. li. j. de

ci. dei. ca. j. dicit q; etiam barbari
pepercerunt basilice apostolorum
rome etiam paganis ad eam g fugē-
tibus postea p̄ plura capitula pro-
bat q; pagani veteres et etiam ro-
mani nōnunq; legunt̄ pepcisse in
corpore fugientibus ad deoꝝ suoꝝ
templa. Et ca. vii. cōcludit q; id qd
barbari cōfugientibus ad apostolo-
rum templū latissimū pepercerunt hō
xp̄i nomini. hoc xp̄iano templo tri-
buēdū quisquis inuidet cecus quis-
quis inuidet nec laudat ingratus
quisquis laudanti reluctat̄ insan-
t̄. hec ibi. vnde nullus ad ecclesiā
cōfugiens inde p̄ vim abstrahi dēt
Excipitur primo latro qui stratas
publicas insidijs et aggressuris ob-
sidet. Secūdo qui de nocte agros
vastat vel comburit. Tercio qui in
ecclesia cōmisit maleficiū sperans
se ab ecclesia defendi qd semp̄ p̄su-
mitur nisi cōtrariū probetur. Et ta-
les etiam in alia ecclesia extrahi
possunt. Quarto si confugiens sit
seruus qui si p̄stita a domino cauci-
one de impunitate nō velit de eccle-
sia exire inuitus expellitur et reddi-
tur domino. Quinto heretici qui
videntur in tercijs cōcludi. Alijs
aut̄ etiam iudeis. paganis immo de
excommunicatis si cōsuetudo de ex-
cōmunicatis tenet debent rectores
ecclesiaz saluare vitam et membra
hec om̄ia p̄ diuersa iura probant̄.
sed breuitatis causa dimitto.

Capitulū. xiiij. de sanctificaciōe sab-
bati.

Tercia pticula terciij p̄ce-
pti de sanctificaciōe sab-
bati ē. Sex diebus opera-
beris vbi labor mādā eꝝ

dies festos. **C**irca q̄ tria sunt videnda. Primo q̄n labor sit in p̄cepto. q̄n in cōsilio et q̄n prohibitus. Secundo qui possint de elemosinis viuere sine labore manū in toto vel in pte. Tercio quibus modis labor exercetur debite. Quantum ad primū notandū q̄ sup ij thessa. iij. vbi d̄r. Si quis nō vult opari non manducet. si quis nō obedit verbo vestro p̄ epistolam. hunc notate et nō misceamini cum illo vt confundatur glo. p̄cipit vt operent̄. **S** Vbi querit Gorra Vtrū operari manibus sit p̄ceptum. Qd̄ sic patet p̄ glo. et textum p̄allegatum R̄ndit q̄ sicut quedam sunt bona p̄ se vt fanū esse quedam p̄ accidens et propter alterū vt medicari. Prima aut̄ appetenda sunt sibi semp et omnibus secūda in casu et aliquibus sic quedam p̄cipiunt̄ propter se q̄ p̄ se bona vt deū colere. parentes honorare. Et hec sunt semp habita oportunitate implenda et ab omnibus. Quedam vero p̄cipiunt̄ propter aliud vt generaciōem vacare propter multiplicaciōem et cōseruaciōem humani generis. Et hec nō semper nec ab omnibus sunt implenda. sed aliquā. q̄n sc̄z necessitas horū propter que data sunt imminet nec subuenitur ab alijs. Laborare vero et opari manibus non est de his que sunt bona et p̄cepta propter se. dicit em̄ de se opus indifferēs nō virtuosus sed est de his que sunt bona et p̄cepta propter aliud. vnde non ligat omnes et semp sed aliquos et ī casu necessitatis propter q̄ p̄ceptum est. **C** Preceptum aut̄ est prim propter necessitatem spūalem ad vitanda sc̄z peccata que ex ocio nascunt̄

partim propter corpalem ad acquirendū sc̄z vnde sustentet̄ corpis sanitas et vigor vbi ergo occurrit alicui necessitas spūalis q̄ ex ocio implicatur peccatis que nisi p̄ laborē pōt vitare debet laborare. vbi etiaz occurrit necessitas corpalis q̄ aliūde nō pōt necessaria inuenire debz laborare vbi etiam occurrit necessitas vtraq̄ simul vt q̄ alias nō pōt modo licito et honesto viuere sine peccato vel furti vel adulaciōis vel hmōi necessaria inuenire. debet laborare alias exceptis hijs trib⁹ casibus nullum puto teneri ad laborandum p̄cise. aliquā t̄n expedit laborare aliquā nō. Si em̄ homo alias hēt necessaria. modo licito et alias per exercitiū spūale sufficienter vitat peccata quāuis nō teneat̄ laborare. si t̄n vacat opi spūali vel tpali vtiliori. vel si vacat vtiliori t̄n p̄ laborem hunc ab illo ope nō impeditur notabiliter. expedit laborare q̄n p̄fectius est vtrūq̄ facere. q̄ alterū t̄n. Sin aut̄ alias non expedit vt q̄n impedit̄ exercitiū vel publicum vt lectiōis aut p̄dicaciōis publice. vel priuatum vt lectiōis vel oraciōis priuate hec gre. Concordat tho. in tractatu cōtra impugnātes euangelicā paupertatem. **S** Sed notandū q̄ p̄ter exercitiū manuale alia sunt exercitia spūalia licita corpus etiam multū aggrauantia. puta oratio deuota. meditacio bona studiū licitum. lectio vtilis. laus diuina. cōfessionis audiētia. dacio cōsilioꝝ in casis spūalibus vel tpalibus et hmōi. Quibus exercitijs inherendo licite nullus censeri debet p̄tūc esse ociosus q̄ spūalis labor ē penaliōꝝ corpali quicuplici d̄ causa

s̄m medicos. Primo qz labores spi-
 rituales extenuāt vires naturales
 et aiales quas labor exterior tanq̄
 corpale exercitiū vigorat. Secūdo
 qz laborum spiritualium quidā ver-
 ant die ac nocte p̄ somnia dura. S̄z
 laborem corpalem sequit̄ somnus
 quietus. et p̄ cōsequens bona dige-
 stio et viriū fatigataz restauracō
 Tercio qz vires spirituales magis
 lese sunt oziginali peccato. Ideo ma-
 iorem difficultatē patitur homo
 cum illis opando q̄ cum virib⁹ ex-
 terioribus. Quarto labor corpalis
 calorem naturalem cōfortat. corp⁹
 mundificat et agilitat. sed spiritua-
 lium laborum multi calorem natura-
 lem cōculcant et extingūt humozū-
 bus replent. et ex sanguineo melan-
 colicum faciūt. Quinto labor spiri-
 tualis emulos habet malos spirit⁹
 impediētes ne homo ad veritatez
 et sp̄aliter ad virtutē pueniat sed
 n̄ sic de corpali. **E**t **O**cium igit̄
 id est carentia tam corpalis q̄ spi-
 ritualis exercitij quinqz mala facit.
 Primo dat locum diabolo. vñ san-
 cti patres dixerūt occupatū vno d̄-
 mone sed ociosum innumeris temp-
 tari. Et **Z**ero. Semp̄ aliquid boni
 facito vt te diabolus inueniat occu-
 patum. Secūdo graue damniū susti-
 net sine causa in vinea sui corpis q̄
 est anima. Nam de ore solum quis
 octo fructus posset colligere qui
 sunt dei laudacio. graciariū actio.
 oracio cōfessio modestia verborum
 abstinentia fraterna erudicio vici-
 orum correctio. Tercio ociosus bru-
 tis est deterioz brutis em̄ competit
 cōmedere. sed de ocioso dicit apo-
 ij. thessa. iij. Si quis nō vult opera-
 ri nō manducet. Quarto cōsumit tē

pus et nibil noui lucratur et se fa-
 cit receptaculum omniū sorbū. vñ
 bern. Omniū temptacionū et cogi-
 tacionū malaz et inutiliū sententia
 et seminariū est ocium. Exemplū da-
 uid occupatus bellis nō luxuriatus
 est. sed tpe ocij adulteriū et homici-
 dium cōmisit. ij. Reg. xj. Sic etiam
 et salomon circa templū et alia oc-
 cupatus nō cecidit et ociosus. Qui-
 to ocium facit fugere sanitatez cor-
 poris et aie que sequunt̄ plus labo-
 rem q̄ ocium vt ptz exemplo cathe-
 ne de ferro quā nō vlam rubigo cō-
 sumit grauius q̄ si quis ea vteret̄
 qz et si vsu cōsumit̄ tñ minus q̄ ru-
 bigine et etiam dealbatur. Ociosus
 etiam nō p̄t acquirere habitū virtu-
 tum qz habitus generat̄ p̄ actus
 frequētos sic etiā aia ociosi semp̄
 manet nuda. **¶** Quo ad sc̄dm pri-
 cipale notandum s̄m tho. tractatu
 cōtra impugnātes paupertatem euan-
 gelicam. Et sc̄da se. q. cxxxvij. ar. v
 q̄ nouem sunt genera hominū qui
 excusari possunt a labore manuali i
 toto vel i pte et vti possunt elemo-
 sinis. Primo plati eccie et clerici q̄
 apo. ostendit. j. cor. ix. dicens. Re-
 scitis qm̄ qui in sacrario opantur q̄
 de sacrario sunt edunt. qui altario
 deseruiunt cum altario participāt
 Secundo religiosi p̄cipue mendicā-
 tes eadem rōe quo ad plura qua et
 clerici. qz orant laudant. student p̄-
 dicant. celebrant sacramenta etiam
 quedam ad minus conferunt prop-
 ter que opa pro cōmunitate eccle-
 sie facta tam iuste sustentacōez ab
 alijs recipiūt qm̄ faciūt ad q̄ institu-
 ti sunt sicut stipēdarii ⁊ famuli rex
 tpaliū p̄ciū sui laboris. Tercio phi-
 losophie studio vacātes aut lris ar

rium vt scolares qz tales n̄ possunt
studere et simul laborare ⁊ ecclesia
de talibus fructū sperare p̄t p re
publica futurū. Quarto inspirati et
vocati sp̄ali instinctu spūs sancti
ad voluntariā paup̄tatem quoz ex
emplar fuit beatus alexius qui mē-
dicauit pluribus annis. nam in edil
sa ciuitate in atrio ecclie beate vir-
ginis xvij. annis ad elemosinam se-
dit et postmodū in domo paterna
totidem annis velut mendicus est
nutritus licet a patre ignoraretur
vnde xpc̄ iuueni decalogū seruanti
ait. Si vis p̄fectus esse vade et vē
de omnia que habes et da paup̄ib⁹
Quinto in validi ad laborandū vt
pueri vel senes vel egri. aliter tali
bus em̄ clericus si habet. vel alij se-
culares prouidere d̄nt. Sexto elēo-
sina etiam vti p̄nt qui laborare pos-
sunt sed nō tm̄ vt se et suos nutri-
re possunt. residuū em̄ de elemosi-
nis accipere possunt vt sunt interdū
debiles mulieres vel senes. Septio
si quis diuites omnia sua dedisset pau-
peribus. et seculo vel religione ma-
nens egeret. nec artem opandi sci-
ret vel exercere nō posset propter
di. suetudinē. Talis de elemosinis
viuere posset sibi datis. vel mona-
sterio ad qd̄ se cōtraxisset. Octauo
penitentes aliqui mēdicare p̄nt vel
elemosinā recipe puta hij quib⁹ p
grauius peccatis iniūctum est. Sz
tales si habent d̄nt imp̄tiri de suis
bonis q̄cum ip̄i cōsumerent alijs
paup̄ib⁹. Nono possunt elemosinas
accipere aliqui pro loco vel structura
cōmunitati vel diuino seruicio va-
lenti. et sic mendicāt aliqui pro ec-
clesijs alij pro ponte. alij pro repa-
ratiōe vie. Omnes istos modos p̄-

bat sanct⁹ tho. licitof tractatu quo
s̄. Et 2. Qui vero sub talium nu-
mero non continent⁹. et tñ ociose
viuūt etiam de redditib⁹ prop̄ijs
nec recōpensant prout tenent⁹ ora-
cionibus vel alijs diuinis ad q̄ apti-
tudinem habēt. aut qui elemosinas
fidelīū recipiunt. tales nocent sibi
et paup̄ibus alijs et proximū deci-
piunt. **¶** Ex quibus p̄tz q̄ plu-
ra genera hominū deberēt p̄ capi-
ta xp̄iani populi corrigi qui ociose
viuere volūt. Primo clerici et reli-
giosi ociosi. Secūdo nobiles ociosi.
qui eo q̄ diuitias nō habent a p̄de-
cessoribus potius dep̄dant⁹. et alia
mala faciūt q̄ velint laborare. Ad
quā tñ laborem in tali casu tenent⁹
Tercio validi mendicātes varijs
mendacijs populū decipiētes. Quar-
to vsurarij. iudei ⁊ xp̄iani. cū vtrif
qz in lege eoz sit prohibitū. Quin-
to xp̄iani cābijs malis et cōtractib⁹
pueris insistentes. Sexto incanta-
trices et prophetisse d̄monū de vi-
aticinio eaz elemosinā recipiētes.
Septio ciues reddituati etiā ocio-
se viuētes nulli prosunt nō deo cui
nō seruiūt nō proximo. qz nō mercā-
tur nec laborāt sed alios inficiunt.
se destruūt et oia noua mala inter-
dum reperiūt. heu q̄ multi repiūt⁹
qui talem statū desiderāt habere
¶ Quo ad terciū p̄cipale notat
magister heinric⁹ de halsia super
Gn̄. iij. In sudore vultus tui zc̄. q̄
quiqz requirunt⁹ ad hoc q̄ quis rē
artificialē faciat vel naturalē fieri
p̄curet. Primū ē recta intēcio que
est vt ip̄e suis laborib⁹ necessitatez
vite acquirat q̄petentē sibi ⁊ gmu-
ni vtilitati deseruiat. Secundum ē
vt opus suum vtiliter sine fallitate

et sophisticatiōe faciat. Tercium est q̄ certis t̄pibus ab eccia cōstitutis hoc est in festiuitatib⁹ labores suos intermittat. vt diuinis plenius vacare possit. Quartū vt op⁹ suū legaliter et s̄m iusticiā civilem vendat sine fraude iuxta eius valorem pensatis om̄ib⁹ ex pte materie opis et laboris et status cōtinuandi laborantis. Quintū est q̄ nō sint artifices curiositatū et vanarū nouitatū inuentores in vestibus edificijs vt magis lucrent⁹ vide de h⁹ primo mandato de curiositate et de supbia.

Sequitur Quartum p̄ceptum

Dilectū quartū capitulum primū. Diliges proximum tuū sicut teip̄s. **N**otādū q̄ sicut sub p̄cepto dilectiōis dei gprehēdunt⁹ tria p̄cepta prime tabule de quibus hactenus dictum est sic sub p̄cepto de diligendo proximum comprehendunt⁹ septem p̄cepta secūde tabule propter qd̄ xpc ait **Math. xij.** Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo et ex anima tua et ex omni mente tua hoc est primum et maximum mandatū. Secūdum simile est huic Diliges proximum tuum sicut teip̄m. In his duob⁹ mandatis vniuersa lex p̄det et prophete. Idcirco antequā descendam⁹ ad septem p̄cepta residua necesse est dicere de p̄cepto dilectiōis proximi. Et ponent⁹ quatuor. Primo quō tenemur diligere nosip̄os. Secūdo quō tenemur diligere proximos sub p̄cepto. Tercio de ordine diligēdi. Quarto quō p̄ficere debemus in diligen-

do proximum put est consilium. **B** Quo ad primū tria ponentur. Primo quid sit diligere se. Secūdo que requirunt⁹ ad bene diligere se. Tercio cur nō est speciale mandatū de diligendo se vel saltem nō taz ex acte positū sicut alia mādata. Quātum ad primū notandū s̄m tho. li. de p̄fectione spūalis vite ca. xiiij. q̄ diligere se ē sibi bonū velle. **R** Sed que vel quot sunt tibi bona. **R** dicit q̄ quinqz. Primo maximū bonum est felicitas tua scz de u. immediate in patria tibi vniendus. Secūdo virtutes et vitacio vicioz qz si ne hijs nullus beatificabit⁹. Tercio scientie aliquales qz sine hijs nesciretur quō virtutes essent acquirende et vitanda vicia. Quarto bona corporis vt fortitudo sensuū viuacitas. pulcritudo. sanitas zc. Quinto bona exteriora vt fama et possessiones ac pecunie. Prima tria deseruiunt p̄cipaliter anime duo residua corpi. Prima tria interiori hoi alia duo exteriori homi. Sed quereres que de quinqz bonis diligendo dicitur quis se diligere. **R** dñ. phi. ix. eth. vbi querit quis est philant⁹ id est amator sui. **R** dñ. q̄ qui diligit p̄tem p̄cipalem sui id ē aiam et ei⁹ bōa p̄cipaliter talis dicitur philant⁹ et virtuosus. Qui vero diligit p̄cipaliter p̄tem sui minus p̄cipalē videlicet corpus et eius bona. nō ē philantus. qz a maiori fit denominacio huic cōcordat dictū psal. Qui diligit iniquitatē odit animā suam. Et xpc ait qui odit aiam suā id ē aialē et sensualem vitā hoc est corpis delicias in vitam eternā custodit eam. Ex quo ptz q̄ peccatores se nō diligunt sed odiūt. **C** Quantū ad

 rit cum masculo coitu femineo mo-
 riatur. **T**ercio infra bestiam homiez
 mergit. nulla em̄ bestia similia facit
 nō ergo mix si vt sancti dicunt. et
Hiero. p̄sertim in nocte natiuitatis
 xpi omnes zodomite occisi sunt. et
 fere incarnari deus propter hoc vi-
 cium desijt. **S**ecūdo princi-
 paliter videndū est de fomentis et

nutrimentis specierum luxurie et sunt plura que vix sine peccato luxurie fieri possunt. vt visus mulieris incautus. auditus. cantus. locutio de venereis. et tactus. oscula. a. lex et hmoi non solum aut fornicatio et species luxurie sunt peccata mortalia. sed etiam pfata impudica actus carnalis copule pcedentia et ad eu allicientia sunt peccata mortalia quoniam fiunt libidinose cum aliena muliere. vt quoniam quis cum non sua facit talia. illa intentione vt per hoc in se vel in muliere excitet concupiscentiam eius aut ipsam inclinet ad sui concupiscentiam quod patet. qz math. v. dicit qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. id est eo animo vt concupiscat. illud ei non est iam titillari solum sed plene consentire libidini. et sequitur mechatus est eam in corde suo. super quo dicit crisostomus. qz viris dominis hic loquitur hoc etiam de feminis dicit ergo multo magis osculum libidinosum tactus et similia sunt mortalia et contra preceptum non mechaberis. Inde Ciprianus in de virginitate certe ipse concubitus iste amplexus. ipsa confabulatio et oscula. et feda dormitatio crimen est. Item non solum deliberatus consensus in actum peccati mortalis est mortale. sed etiam consensus deliberatus in delectatione peccati mortalis in venereis est speciale mortale peccatum. vt patebit in nono precepto. Ergo plus pfati tactus et visus et hmoi dicit tamen Tho. ij. ij. q. cliij. peccatum mortale dicitur aliquid dupliciter. vno modo secundum speciem suam et hoc modo osculum. amplexus vel tactus secundum suam speciem non nominant peccatum mortale. possunt enim hec absque libidine fieri. vel propter con-

suetudinem patrie. vel propter aliquam necessitatem aut rationabile causam. Alio modo dicitur aliquid esse peccatum mortale ex sua causa sicut ille qui dat elemosinam vt aliquem inducat ad heresim. et isto modo tactus et hmoi vt dictum fuit prius sunt mortalia peccata que fiunt propter delectationem morosam in venereis. Tercio principaliter notandum quod sicut maius peccatum est adulterium quam simplex fornicatio. et sacrilegium maius quam adulterium. vt prius dictum est. sic etiam tactus oscula et hmoi inter adulterantes vel quecumque alia impudicie maiora peccata sunt quam inter talia que fiunt soluti cum soluta. et sic de osculis sacrilegiorum maiora sunt quam adulterorum.

Est preterea aliud multum peccato luxurie deseruiens videlicet chorea de qua videnda sunt tria. Primo quod piculosus ludus sit. Secundo an possit fieri sine peccato. Tercio quoniam sit peccatum mortale. **Quantum ad primum notandum quod chorifare est piculosus ludus valde propter septem. Primo quia chorea diabolicum habet exordium. vt refert magister historiarum. naz a sarepthauro quodam demone sic dicto exordium habuit qui demon in similitudine thauri gerentis in humeris signum lune corniculate albe egrediens de flumine ab egiptijs in die quodam festo cum timpanis et choreis est veneratus at sarepthaurus iste in flumine nihil ibidem gestus. ostendit saltando quos egiptij secuti sunt in**

terza chorilando. postquam aut sare-
phtaurus eos excitauerat ad chori-
landu et euanelcebat. vnde et nunc
loco sarephtauri vetula aliqua. id
est puella aliqua p ceteris ducitur.
C Secundo qz scriptura de ma-
gimis malis refert que choreas se-
cura sunt vt plurimu. nam exo. xxx.
Cum moises appropinquasset ad ca-
stra vidit virulum et choreas irat⁹
valde et piecit de manu tabulas. 7
confregit eas ad radicem montis d
inde assumptis secum filiis leui in-
terfecit xiiij. milia hominu. na ho-
die in choreis virulus p quem deli-
gnatur lasciuia venerat neglecto
dei seruiicio. sic math. xiiij. saltatrix
fecit amputari caput iohannis bap-
tiste. quo maior inter natos mulie-
rum no surzerit et **exech. xxxv.** dicit^r
pro eo qz plausisti manu 7 pcussisti
pede et gauisa es ex toto affectu su-
per terzam ecce ego extendam ma-
num meam sup te et tradam te i di-
reptione et interficiam te de popu-
lis. **Tercio** dissuadenda est chorea.
qz ibi demon habet valde multa ar-
ma ad occidendu animas. **Mulier** ei
vt ait **hiero.** gladius est igne⁹. ibi
em videlicet in chorea tot sunt gla-
dij quot ad capiendu vestibus sunt
ornati. Ibi em gladij accuciores qz
ad aspectum ante retro. infra. 7 sur-
sum paciores. Ibi etiam gladij fla-
mei luxuriam accidentes. Ibi insu-
per arma forcioza ad vincendu. qz
mulier qua demon elegit ad adam.
Samphonē. David. Salomonē. iob.
Thobiam. ad filios israel se ducen-
dos. **Mulier** enim ornata est sage-
na diaboli per qua multitudinē infi-
nitam stultoꝝ capit ad interitum.
Sic etiam ecouerso de viris est in-

telligendu. diabolus em in propria
specie nimis horribilis est. ideo per
virum vel muliere seducit. **C**
Quarto qz in chorea qdammo con-
tra omnia sacramenta ecclesiastica
excedit. **Ram** in baptismo patrin⁹
ait loco baptisandi abrenuntio dia-
bolo. et omnibus pompis eius. sed i
chorea est pcessio diaboli vbi fistu-
lator est cantoz scolare peccatoꝝ et
et transitus ad sinistram. cōtra or-
dinem fit cuius causa vesperas ser-
mones et hmoi. tales negligunt ma-
trimonij ibi fides faciliter etiam
violatur cōfirmaciōi q p crisma si-
gnum crucis impressit fronte iniu-
ria fit p sarta et pepula. et cetera il-
licita que sunt signa demonis. peni-
tentie sacramento iniuriant^r qd in
quadagesima receperant et iam se
demonu exercitui immiscent. **Euca-**
ristiam qua susceperant sicut iudas
peccatis statim maculant. **Extreme**
vnctioni hi qui susceperunt ingra-
sanitate collata abutuunt^r in corpe
toto. et specialiter manibus et pedi-
bus. **Q**uinto chorilantes oib⁹
quinqz sensibus et membris pecca-
re possunt. videlicet gressu. ornatu
cantu. visu. et auditu. **Ram** supbia
et auariciam puocant in no haben-
tibus similia sicut xpi vestimenta lu-
ruria ibi cōmunis est in corde. indi-
gnacionē pcurat cum mulieres et
puelle volunt a maritis et pentib⁹
habere p̄ciosa. inuidia ibi pcurat^r
cōtra eos qui magis excellūt. **Gula**
nōnūq̄ sequit^r et potissime accidia
qz sicut gustato spiritu desipit. ois
caro s̄m grego. sic gustata carne de-
sipit dei famulat^r. **Sexto** qz multa
dissuadent ineptam leticiā choree 7
alioꝝ. sumus enim in exilio sursum

respiciēdo suspirandū esset q̄ sum⁹
 exules et incerti de reditu. infra in
 fernus quē intrare possum⁹. et ter
 ra in qua sepulti quertemur. a dex
 tris P̄spera. et a sinistris aduersa.
 que nos peccare faciūt. s̄m illd̄ ps̄.
Cadent a latere tuo mille. **A** tergo
 sunt nostra peccata que fecim⁹ añ.
 in que cadere possumus. **I**ntra mor
 dens ḡsciētia cum carne infecta. **E**t
 extra demonū multiplex pugna vñ
 hiero. glabiū tenet hostis vt me pe
 rimat. ex omni pte sunt picula. **E**
Septimo disuadent choreas san
 ctōz ⁊ prudentū exempla. Nam re
 fert Grego. li. iiii. dialo. q̄ virgini
 deuote Maria virgo apparuit no
 cte ostendēs ei coeuas in albis pu
 ellas. quib⁹ cū virgo se adiungere
 vellet. Maria ait vt nihil vltra le
 ue ageret. a risu ⁊ iocis astineret.
 sicq; tricesimo die eis adiungeret.
Quod et factū est. nam visio dispa
 ruit. virgo se a p̄efatis abstinuit.
 parentib⁹ mutacōem mirantibus.
 visionē aperuit. xxv. die febre cor
 ripit. et xxx. die in hora erit⁹ ma
 riam cū puellis p̄nominatis vidit.
 quā virginez cū maria vocaret mo
 ritura clamauit vt potuit. ecce do
 mia venio. ecce dñā venio. ⁊ sic ea
 dem voce sp̄m reddidit. **E**x quo pa
 tet q̄ choree ⁊ inepte leticie ab in
 gressu regni impediūt. **V**ñ in vitis
 philosoꝝ hoz de sacrate legitur q̄
 ceroniam venit populūq; ibi in lu
 ruria lapsum auctoritate sua a sua
 fragilitate reuocauit. matronas a
 viris sepatas. et pueros a parenti
 bus ad pudicitiam et ad debita so
 cietatis obsequia suo studio redu
 xit induxitq; matronas vt aurataf
 vestes ceteraq; sue dignitatis orna

menta. vel luxurie instrumenta de
 ponerēt. et i iunonis edem delata
 ipi deē ḡsecrarent docēs vera ma
 tronaz ornamenta pudiciā esse.
Quo ad sc̄dm p̄ncipale an cho
 risare sit p̄ctm. Rūder⁹. s̄m Alber
 in. iiii. di. xvj. q̄ chorea ⁊ hmōi lu
 di siue fiat cantu siue musicis s̄m se
 nō sunt mali. quia possunt bene fie
 ri aliqñ. **S**ed ex triplici causa p̄nc
 fieri mali ex circūstantia. **Q**uorum
 vna et p̄cipua est mala intencō. vt
 qñ fiunt ad ostendendā iactantiam
 et puocandū libidinem. sicut vere
 omēs modi exercent. et ideo etiam
 ecclesiastice persone talia depofue
 rūt. qz etiam i signis gaudij nō est
 cōmunicandū cū peccatorib⁹. **A**lia
 causa est qñ nō fiunt suo tempe vt
 tpe tristicie. qz sicut d̄r Eccle. xxij.
 musica in luctu importuna narzacō
Et hoc mō interdicit⁹ penitenti ne
 sit in ludis. qz dum penitet temp⁹
 est flendi. **T**ercia causa est ex offi
 cio p̄sone sumpta. sicut clericis in
 terdicat⁹ venatio et alij ludi quia i
 sorte dñi electi alijs exercicijs dñt
 occupari. **P**uto aut q̄ quicq; gcur
 rentibus ad choream nō sit rep̄he
 siōilis. **P**rimū q̄ sit debito tempe
 scz gaudij sicut in nupcijs. vel tpe
 victorie vel liberacōis homis vel
 patrie vel aduent⁹ amici de terra
 longinqua. **S**c̄dm est q̄ sit cū ho
 nestis p̄sonis. de quib⁹ nō oriatur
 p̄sumptio mali non cū leccatoribus
 vel meretricib⁹. **T**ercū q̄ fiat a p̄
 sonis secularibus. qz monialib⁹ mo
 nachis et clericis p̄pter hoc q̄ in
 alijs debent occupari omnē chore
 am puto illicitā esse. **Q**uartum q̄
 honesto mō fiat nō gesticulacōib⁹
 nimis inhonestis vel inordinatis.

Quintum est q̄ cantus excitans in talibus et musica nō sint de illicitis sed de moribus vel de deo. de melodia aut nō est curandū. v̄puto quia in talibus necesse est fieri melodiaz leuem que aliquantulum exprimat modum chorizandi. **CC** Quo ad tertium principale q̄ chorizare sit peccatum. Querit̄ v̄t peccent mortaliter choreatrices ducēdo choreas h̄mōi illicitas siue in festis siue pro festis dieb̄. R̄i v̄il. sup. rai. Credo q̄ sic si hoc faciant causa incidendi vel se vel alios ad libidinem. aut si choreas ducūt de cōsuetudine. licet hoc nō faciūt corrupta intencōe vt dictum est peccant mortaliter. siue in diebus festiuis hoc faciāt. siue p̄ festis cum inspiciētes a deo puocēt ad libidinē q̄ dicat Hiero. i. quadā ome. q̄ nō credat viro si dicat se illesum euasisse a spectaculis taliū cū dauid ex eo q̄ vidit barsabeam lauantem se ad libidinem puocat̄ sit si aut̄ aliquis vel aliqua mulier raro ⁊ sine aliqua corrupta intencōe immisceat se h̄mōi choreis n̄ audeo dicere q̄ sit mortale peccat̄. s̄ nec audeo eum vel eam excusare et assecurare a peccato mortali cum se ingerat piculo puocandi alios ad libidinem. et ip̄o facto videat̄ approbare choreas et ex exemplo suo auctoritatem alijs similia faciendi prestare. hec ille.

Capitulum.

Quartum

Nunc de actu coniugali qui fit in matrimonio videnda sunt tria. R̄a s̄m alex. de hal. et tho. in matrimonio triplex est in genere. cōn-

bitus. Primus licitus. Secundus singularis. Tertius impetuosus. Licitus fit tripliciter. Primo causa suscipiēde proles ad diuinū cultū educande. et sic est in officium multiplicande nature. vnde. j. thi. v. volo in niores nubere filios p̄creare. **CA** Est igitur cōcubitus in matrimonio meritorius et virtutis actus q̄ dicitur castitas cōiugalis q̄ fit solum causa plis p̄creande et religiose educande ad ampliandū cultum diuinum. et si tūc assunt alie debite circūstantie est actus virtutis que d̄ religio. Secūdo est meritorius ⁊ virtuosus actus matrimonialis quādo alias est bene circūstancionatus et fit solum causa reddendi debitū alteri cōiugū q̄ tūc est actus iustitie que vnicuiq̄ reddit qd̄ suū est. vnd̄ j. cor. vij. v̄rozi vir debitū reddat. Tertius est meritorius q̄ alias nihil illicitum interuenit. et fit solum ab vno coniugū propter vitare fornicaciōem in altero q̄ alias in eo faciliter cauere nō posset. Et sic est in remediū cōcupiscentie. j. cor. vij. Vnusquisq̄ habeat v̄rozem suā ⁊c. vt si vir videat v̄rozem de alio temptari et adhibita diligentia sufficienti in cohibēdo adhuc timet de malo fornicacionis eius et ad eam non petentem accedit nō propter proles sed tm̄ vt ponat remediū fornicacionis eius. Aut ecōuerso si mulier videt v̄r̄ in adulteriū inclinatum et ab eo petit debitum ⁊c. tales merentur. sic etiam meret̄ mulier inordinatum ornatum portando. solum ideo nec maritus propter v̄rozis contemptum adulteretur. vnde. j. cor. vij. mulier que nupta est cogitat q̄ mūdi sunt quomō viro placeat. Extra

illos casus est peccatum actus con-
iugalis interdum petenti solum. in-
terdum reddenti. et poscenti. inter-
dum veniale. interdum mortale. ve-
rum vt pe. de pa. ponit in iiii. sit li-
citus actus. Quarto qñ quis petit
debitum propter vitandā fornicaci-
onem in semetipso. Vtrū vterqz con-
iuguz teneat sub pcepto alteri red-
dere debitum. Rñ. sñm Tho. Sco. et
magi. in iiii. di. xxxij. q. quilibet cō-
iugum tenetur ex pcepto alteri pe-
tenti reddere coniugale debitū ex-
ceptis casibz rōnabilibus postea ex-
primendis. patet p verba magistri
dicentis vbi prius. Cum in omnibus
vir pñt vxori. vt caput corpi est em
caput mulieris. In soluendo tñ de-
bituz carnis pares sunt. Ideo apo-
vtriqz pcepit in hac causa sibi inuicē
subijci dices. i. corin. vij. vir vxori
debitum reddat. similiter ⁊ vxor vi-
ro qz mulier nō habet potestatem
corpi sui sed vir. similiter vir non
habet potestatem corpi sui sed mu-
lier. Ex quibus patet q. i. cōtractu
matrimonij vir dat corpus suū vxo-
ri ad actum matrimoniale et econ-
uerso mulier viro. vnde sicut ex di-
uino pcepto et de rigore iusticie te-
netur homo nō auferre alienum in
uīro dño. Ita tenet ex pcepto ⁊ iu-
sticia alienum reddere petenti ergo
cum vnus cōiugum petit corpus al-
terius ad actum matrimoniale. ⁊
hoc sñm debitum vsum. tūc tenetur
reddere nisi habeat legitimā excu-
sacionem. Alias facit erat dei pcep-
tum nō restituendo alienū. et si ali-
ter propter hoc incidit in fornicaci-
onem etiam nō reddenti aliquo mō
imputandum est et intelligendū est
illud siue explicitē debitum ⁊ etat

vt per verba siue implicite. vt p ali-
qua signa. **S**ūt autē hij casus
in quibus etiam petenti nō tenetur
reddere. Primus qñ petens amisit
ius petendi. vt qñ fornicatus est et
hoc alteri publice cōstiterit tūc em
nocens pdidit ius petendi. et ideo
innocens pōt eum repellere. nec te-
netur reddere nisi post q. ipm nocē-
tem sibi recōciliauit carnaliter sibi
cōmiscēdo. Ratio dicti est. qz ex quo
nō seruauit nocens siue fornicans
fidem. alter nō tenetur ei seruare fi-
dem. nisi vt nō gmisatur alteri. vñ
dicit Tho. in iiii. di. xxxv. ar. j. vir
proprio arbitrio pōt dimittere vx-
orem quo ad thoz debitum videli-
cet negando. p̄cito sibi constat de
vxoris fornicatide nec tenet ei red-
dere debitum nisi p ecclesiam cōpel-
latur. Quantū vero ad cohabitaci-
onem nō pōt dimittere vxorem for-
nicariā nisi iudicio ecclesie. hec ille
Et ecōuerso de vxore respectu viri
de isto loquit xps. math. v. Qui di-
miserit vxorē suam nisi propter for-
nicationem ⁊c. Secundus casus est
qñ nōdum acquisiuit ius petendi de-
bitum vt in tempe post matrimoni-
um cōtractum. sed nōdum cōsum-
tum qz interim potest intrare reli-
gionem. imo sñm vñ. peccat mor-
taliter qui ante benedictionē nup-
tialē vxorē cognoscit in locis vbi
cōsuetum est benedictionē adhiberi
Tercius casus est sñm Tho. qñ mari-
tus redditur impotens ex causa. ex
matrimonio secuta puta si prius de-
bitum reddidit. et ex hoc factus est
impotens ad iam reddendū tūc mu-
lier nō habet ius petendi. et tūc im-
petendo magis se meretricem ostē-
deret q. coniugem. Quartus est qñ

quis maiori vinculo astrictus est ad non reddendum eo quod vergit in notabile nocuum sanitate sue. Tenetur homo plus ad seruacionem sui quam ad reddicionem debitori. ut quod persona in firma est aut probabiliter timeretur ex redditione eius infirmitas dicit autem Thomas si mulier infirmatur certum est quod ex carnali coitu ei periculum imminet Quintus est quando verisimiliter vel probabiliter tenetur de periculo extinguendi fetus aut abortu. tunc neuter tenetur reddere alteri. quod maiori vinculo tenetur ad cauendum occisionem fetus in utero pregnantis aut ut non nascatur abortus quam teneatur reddere debitum. Sextus non tenetur reddere debitum in sacro loco quando non sacer locus et aptus haberi potest quod alias irreuerentia fieret loco sacro que pollueretur et reconciliacione indigeret ut tenetur iohannes an. Hosti. archi. de glose. di. j. ecclesijs. ex. c. j. Sed quando alius locus quam sacer haberi non posset tunc ibi teneretur quis sicut alber. reddere debitum. nec etiam licet reddere debitum nec quis tenetur in loco etiam non sacro qui est in publico ut deducit Augustinus. de ciui. dei contra diuergentem. Septimus casus quando coniuges pari consensu uouerunt continentiam in domo tunc neuter tenetur alteri reddere debitum. imo neuter potest uocum reuocare ut patet per Augustinus. ad ediciam. et ponit magister in. iij. di. xxij. Ratio est quod uterque resignauit iuri suo. Octauus est secundus. per. de pa. qui dicit in. iij. generaliter uerum est ubi coniugum alicui non potest perueniri aliter de securitate uite sue nisi alium coniugem dimittendo. non tenetur ei debitum reddere nec cohabitare cum periculo corporis sui. Bonus est

ubi una pars copule est infidelis vel incidit in heresim. de quibus tamen ista est conclusio quod quando duo tempore legis euangelice contraxerunt matrimonium extra legem christianorum. si alter eorum solum conuertitur tunc non tenetur uersus reddere debitum infideli nec eidem cohabitare. sed statim debet separari si ammonitus noluit conuerti. Si uero inter christianos unus coniugum heresim incidit. alter potest eum dimittere quo ad cohabitacionem temporalem quousque corrigatur. sed ut dicit Thomas non propter unum actum infidelitatis potest dimittere. sed propter consuetudinem que perniciosa ostendit. quod ex tali infidelitas perficitur. **C** Ex supra dictis patet quod unus coniugum tenetur debitum reddere alteri coniugum qui omnino uult et debitum exigit. etiam leproso licet ei cohabitare non teneatur. Item mensurata quando uir scit et omnino instat. Item tempore quantitumque sacro quando maritus non uult desistere in talibus aut exactus debet per moderata uerba ab incontinencia retrahere animum alterius si potest sine periculo fornicacionis alteri. Omnia ista diffuse tangit Thomas in. iij. ubi si in talibus reddens debitum non faciat illud causa concupiscentie sed solum propter reddere debitum sicut obligatur meretur et grauius peccaret si non redderet. Patet igitur primum quando idem uidelicet actus coniugalis sit licitus et meritorius. **D** Dictum est secundo quod alius est actus fragilis matrimonialis. et fit multipliciter et semper est peccatum ueniale ad minus. Primo quando fit concubitus solum causa delectacionis expiende in coniuge. Ita tamen quod non uellet pro tali delectacione

expienda accedere ad aliam si tunc nihil aliud inordinatum interueniat est veniale peccatū. **I**tem qui cognoscit uxorem causa sanitaris peccat qz querit p ineptum mediū sanitatē sicut qui p baptismū quereret sanitatem. **I**tem cognoscēs uxorem causa vitande fornicaciōis in se peccat s̄m augu. **I**tem qui cognoscit uxorem post ptum ante purificationem ob hoc p̄cise nō peccat mortaliter. **I**tem qui in die festo petit debitum sine cōtemptu temporis et eclesiastice exortaciōis n̄ peccat mortaliter. **I**tem qui petit debitū in loco sacro q̄n alium locū habere n̄ pōt peccat venialiter s̄m alber si exigit cum gemitu qz scz sine vsu matrimonij esse nō pōt. in his casibus cōmuniter doctores tenent q̄ actus matrimonialis pōt sine peccato mortali fieri. **¶** Sed sunt alij casus in quibus piculum est. vel nō tam securum an sit veniale vel mortale exigere et reddere debitum. **P**rim⁹ qui reddit debitū ante benedictiōez nuptialem. vel ante q̄ in facie ecclesie cōtrahat. **I**tem qui exigit a muliere menstruata que est naturaliter menstruata. **I**tem de mēstruata naturaliter que voluntarie reddit et complacēter. **I**tem qui petit in loco sacro cum aliū locuz habere posset. **D**ictum est terci⁹ q̄ quidā matrimonialis actus est impetuosus. et fit cōmuniter cum peccato mortali. **P**rimo qui querit delectaciōem in actu matrimoniali extra limites matrimonij. sic videlicet q̄ patius esset idem facere cum uxore etiam si nō esset coniunx est mortale peccatum. **E**t d̄r ardentior amator uxoris. **S**econdo impetuosus est qui fit causa

faciendi libidinis et homo se ad hoc puocat per meretricias blandicias vel d̄ industria vritur calidis et valde incentiuis. aut p alium modū h⁹ modi actum a se quasi exigit ppter facietatem delectaciōis. **T**ercio fit cōcubit⁹ cōtra naturalem modum vt cum obmittit⁹ debitū vas. et h⁹ semp est mortale peccatū qz proles sequi nō pōt. et intentio nature totaliter frustrat⁹. **Q**uarto est impetuosus q̄n fit cōtra naturalem modū etiam ad debitū vas nature. vbi tñ dispositio corpis bene sustineret naturalem modū. est aut modus talis s̄m alber. multiplex. **P**rimus mod⁹ est malus q̄n cōcubitus lateraliter fit. **S**ecūndus peior qui fit sedendo. **T**ercius adhuc peior qui fit stando. **Q**uartus est pessimus qui fit a tergo. **V**bi dicit tho. vbi obmittit⁹ debitus modus cōcubendi solum qui ad situm nō est semp peccatū mortale vt quidam dicūt. et est q̄nqz sine peccato sicut q̄n dispositio aliū modum nō patitur. hec ille. **S**ed alij dicunt s̄m alber. q̄ est cōtra intencionem nature et impedit⁹ cōceptiō. et est signum cōcupiscentie moralis nisi dispositio corpis aliū situm erigeret q̄ naturalis situs est vt fieri posset propter egritudine vel pinguedinē vel piculosum suffocandi fetum. aut propter aliam causā rationabilem. **Q**uinto fit cōcubit⁹ impetuosus cuz fit tpe phibito. et tūc potissime peccat ille qui petit. **S**exto cum fit in loco indebito vt in sacro vel in publico in scandalū aliorum. **S**eptimo qui accedit ad impregnata vicinā partui vbi timor est de abortu. **O**ctauo cū quis accedit ad menstruatam saltez naturaliter

menstruum habentē. vbi videt^r s^m Sco. q^d petens sciēter peccat mortaliter. q^d vt dicit nō est verisimile q^d lex noua minus intendat castitatem q^d vetus. sed **Leui. xx.** dicitur. **Qui coierit cu^m muliere influxa mēstruo et reuelauerit turpitudinem eius. ipaq^{ue} aperuit fontem sanguinis sui interficiētur ambo de medio populi sui. hoc autē s^m Sco. non infligitur nisi pro mortali. **Bozra** tenet sicut **Sco. sanctus Tho.** ad idēz declinare videtur in iij. Vnde glossando illam auctoritatem dicit. q^d intelligitur q^d vterq^{ue} voluntarie consentit. Nono videtur impetuosis in eo qui debitum petit post votum continentie a se emissum pari cōsensu. Aut ate matrimoniū emissum cum quo non est dispensatum in prefatis casibus omnibus actus matrimonialis est peccatum mortale vel multum propinquius mortali. **Notandū** tñ pro intellectu noni modi, q^d ille qui vouit castitatem et contrahit matrimoniū intētiōe consumandi p carnalem copulam peccat mortaliter. secus si solum animo cōiugalitatis. **Item** quāuis qui vouit cōtinentiā perpetuā nō peccat mortaliter post primū actum matrimonialem petenti cōiugi implicite vel explicite debitum reddēdo. s^m multos tñ peccat mortaliter debitū a cōiuge petendo. nisi secū fuerit dispensatum. **Item** sicut neuter cōiugum potest cōtinentiā vouere sine consensu alterius. sic etiam pbabili^{us} est q^d neuter posset vouere nolle petere debitū sine alterius cōsensu omnia illa sunt de mente sancti **Tho.** in iij. **Item** qui vouit cōtinentiā ppetuam etiam peccat morta-**

liter. **Primo** actu matrimoniali per quam cōsumat matrimoniū. q^d votum seruare poterat post cōtractuz religionē intrando q^d nō fecit

QU^o ventris in gluies fit causa mechie et luxurie vt patuit in primis pentibus qui post cibum statim erubuerūt. **Gen. iij.** **Et Ro. xij.** nō ambulemus in cōmessacionibus et ebrietatibus. **Et sequit^r** non in cubilibus et in pudicijs idē patuit in sodomitis. **At Vñ ezech. xvj.** hec est iniquitas sororis tue sodomie supbia. saturitas panis. et abūdantia. et ocium ipius et filiarū ei^{us}. **Idcirco** de vicio gule tria sunt videnda. vnde saluator **Lu. xxj.** ait. attendite ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. crapula id est cruda epula. ideoq^{ue} de vtroq^{ue} vidēdum est. **Primo** de gula in genere. **Secūdo** de sobrietate. **Tercio** de ieiunio quō ad illud teneamur. **Quantum** ad primū tria dicent^r principaliter. **Primo** quid sit temperantia et quid gula. **Secūdo** que sint species gule. **Tercio** q^d sit mortale vel veniale peccatum. **Quantum** ad primū notandū q^d ad intelligendū quid sit viciū castimargie cōgruit scire quō abstinentū sit. est autem abstinentia sumptio vel subtractio cibi vel potus s^m q^d recta dicat ratio vnde. **ij. pe. j.** ministrante in fide vestra virtutem. in virtute autē scientiam. in scientia autē abstinentiam. **Exquo** patet abstinentiā fieri oportere s^m scientiam videlicet quantum oportet sumendo. qualia oportet.

ulterius referendo in fines debitos
 ut propter misericordie opera faci-
 enda vel sibi rationabiliter in fu-
 turum puidēdo vel ad laudem dei
 et ad similia tūc virtus esset qm̄ sal-
 tem alie circumstantie debite illi es-
 sent. Tercia dicitur paupertatis. que
 fit solum ex necessitate penurie. nec
 ista est virtus nisi paup̄ nō habens
 unde laute viueret abstineret cōtē-
 tus his que habet. tñ cum illa intē-
 tione q̄ si etiam multa possideret
 nollet lautius viuere ex quo illud si-
 bi sufficit pro cōueniēti corpis vali-
 tudine. sed si vellet sic viuere prop-
 ter deum illa esset vera virtus ab-
 stinentie. Quarta vocatur abstinen-
 tia ipocrisis que fit propter homi-
 num inanē gloriā et hec semp̄ est
 mala. Quinta est religionis que fit
 s̄m̄ dictamen recte rōis propter de-
 um. modo dicto in notabili secundo
Sexto addit̄ cum quis rōne gule
 ieiunat id ē qm̄ quis abstinet solum
 vel principaliter propter h̄o ut po-
 stea delectabilius comedit. **¶**
Quarto notandum q̄ gula opponi-
 tur temperat̄ie et abstinentie. et est
 actualis duplex gula. vna interior
 que est animalis et immoderata ap-
 petitio immoderate edendi aut bi-
 bendi propter cōcupiscentiam cibi
 aut potus delectabilis aut ip̄ius de-
 lectaciōis sed exterior actualis gu-
 la est immoderatus esus aut pota-
 tio ab interiori inordinata edendi
 aut potandi appetitio imperatus
Dicit̄ primo q̄ est animalis appetitio
 ad differentiā famis et sitis q̄ sunt
 appetitiōes naturales nec subiciū-
 tur rationi. Gula autem est appeti-
 t̄ animalis. quia ē appetitio actua-
 lis existens in voluntate aut in sen-

sualitate a voluntate tamē aliquo
 modo dependens et rationi potens
 subici. Dicitur secūdo appetitio nō
 delectatio. Pro quo notandū q̄ cir-
 ca sumptionem cibi aut potus tria
 sunt cōsideranda. Primū est ip̄a de-
 lectatio que est i sumptione ciborū
 aut potuum. et istam delectationē
 virtus temperantie seu abstinentie n̄
 aufert. nec videtur eam moderare.
 q̄ naturalis est hm̄i delectatio. et
 est maxime in abstinentibus. quib̄
 panis plus sapit q̄ gulosis pisces
 aut carnes. et hoc propter natura-
 lem appetitum necessarij cibi sibi.
Secūdo est cōcupiscentia et illa
 est amor et desideriu delectationis
 que est in ciborum et potuū sumpti-
 one et esu. delectatio em̄ expta in ci-
 bis et potibus causat amorem et de-
 siderium sui. Et istam cōcupiscentiā
 moderat̄ virtus abstinentie ne sua
 magnitudine faciat excedere circa
 cibos et potus cōtra bonum ratiōis
 eos sumendo vel appetēdo ultra d̄-
 bitam quātitatem temp̄ et similia.
Tercium est actus interior et volū-
 cio sumendi cibū. aut exterior actu-
 alis sumptio ab interiorē volicione
 impata. que volicio causat habitū
 abstinentie p̄mpte et faciliter incli-
 nantem ad debite sumendū victum
 unde gula nō est delectatio causata
 ex sumptione cibi aut potus. sed est
 animalis appetitio seu cōcupiscen-
 tia inordinata. Dicitur terciō q̄ est
 appetitio inordinata. nō em̄ omnis
 appetitio edendi aut bibēdi anima-
 lis est gula. sed appetitio inordina-
 ta ut cum quis voluntarie vult et
 appetit cibum vel potum aliter q̄
 s̄m̄ dictamē recte rōis. ut sc̄ pl̄ q̄
 oportet ante temp̄ et sic de alijs

circumstācijs. Dicitur quarto propter concupiscentiā cibi delectabilis nam si quis excedit in qualitate in quantitate aut s̄m aliam circūstantiam. ita q̄ appetat aut sumat cibū plus debito aut delicatiorē q̄ necessarium sit. aut ante debitam horam et hoc nō propter cōcupiscentiā. s̄ estimatis sibi necessariū nō p̄inet hoc ad gulam. vt dicit Tho. ij. ij. q̄ c̄lviii. sed ad quandam imperitiā nec est semp̄ peccatum. quia nō p̄t semp̄ ab homine vitari. vnde dicit Grego. iij. mora. Quia p̄ esu voluptas necessitati miscetur. quid necessitas petat et quid voluptas superpetat. ignoratur. et augu. x. confel. Quis est domine qui aliquantulum extra metas necessitatis cibum non sumat. sed si quis propter cōcupiscentiā id est amorem desiderii delectaciōis que habet in edendo et potando hoc est gule siue sit exterior sumptio siue sola interior volitio vel appetitio et semp̄ est peccatum

Ec̄c̄. ūdo principali. et videndum est que sint species gule sunt autē plures quāz ponit glo. et gre. sup̄ illo gen. xxv. vbi esau ait Jacob da mihi de hac coctione rufa. Et sumunt ex xxx. morz. et omnes sunt s̄m obmissionem et defectū circūstantiāz principaliū que requirunt in virtute abstinentie. Vnde versus prope laute. nimis ardēter studiose. Prima est cum ante debitam horam sumit cibum aut potus sine rōnabili causa sed solum ex inordinata cōcupiscentia ciborū aut potuz de talibus dicit a. o. philii. iij. quorum deus venter est. q̄ primo querunt regnū dei sui. Regnum autem dei eorū est esca et potus. Secunda

est q̄n homo querit lauciores et preciosiores cibos. quos nō requirit su pradicta sui corpis valitudo. nec honestas status aut p̄sone. sed hoc in eo causat inordinatus amor delectaciōis que in talibus est. Sic filij israel Nume. xj. carnes desiderabant et puniti sunt. et Lu. xvj. diues epulo epulabatur quotidie splendide. Quo cōtra seneca palatum tuum famas excitet nō sapes. Tercia quādo homo ea que in cibis aut potibus sumenda sunt vult et appetit ea nimis accurate p̄parari frigēdo assando elixando et p̄ diuersa exquisita cōdimentorū genera. et hominē ad sup̄flue sumendū nō solum incitent gultu p̄ diuersos et delicatos sapes. sed etiam visu p̄ varios colores. et olefactu p̄ multimōs odores. sicut fecerūt filij helij. j. reg. ij. quia vt dicit magister in histo. sco. antequā adolerēt adipem tollebant ab offerentibus crudā carnem. vt laucius sibi pcurarent tales sunt sicut bestie ruminantes studiose videlicet mendicātes de accuratis. Sed differūt ab eis q̄ bestie post cibum Isti autē ante ruminant. Quarta est q̄n homo nimis in quātitate excedit in cibo vel potu plus sumendo i quātitate q̄ sibi necesse sit aut cōueniens magis p̄pter delectaciōez se implens q̄ inficiens hec vna fuit causa subuersiōis zodome. vnde ezech. xvj. Ecce hec fuit iniquitas sororis tue zodome sup̄bia saturitas panis et abundantia et ocū ipius et filiarū eius et manū egeno et paupi nō porrigebant. Quinta cū homo nimio desiderio et auuiditate victū q̄dammodo forat sicut lupus vel canis famelicus sicut fecit esau. Gen. xxv. Rā iacob

coqueste pulmentum. venit esau lassus de agro dicens. Da mihi decoctione hac rufa. Et sequit^r en morioz. et sic accepto pane et lentis edulio vendidit primigenita sua. id dicit aug. melius est piscibus velci more domini q̄ lenticulā more iuū toz. Item idē mallem piscem comedere cum domino. q̄ lenticulam cum esau. Sexta species est cum quis nimis frequenter sumit^r cibum aut potum. hec fuit vna causa damnationis diuitis. Luce. xvj. quia epulabatur quotidie splendide. sufficit ei homini sano qui nō est puer aut intentus labore graui in die sumere cibum aliter facere morū porcorum et bestiarū est seruare. Est em̄ puer bium vulgare semel sumere cibum est diuinū. bis humanū. ter et ultra bestiarū. Septima est noua et incōsueta sumere. hec est em̄ causa quare s̄m suam periodum bestie diuitis viuūt q̄ homines. quidā viuāt quoz periodus id ē spacium vite. Est s̄m psal. in ip̄is septuaginta anni. si autem in potētia cibus octuaginta anni. amplius eozum labor et dolor. quia homines quidam noua et incōsueta sumūt cibaria. bestie. vero semp̄ fere eadez vt vacca fenū vnde eccle. x. omnis potentat^r breuis vita. Octaua est q̄n homo multis et varijs ferculis et potib⁹ vult vti. nō ad sustēdandum naturā. sed ad iritādum gulam sic fecisse videtur assuerus rex gentilis. Hester. j. de quo facto cōuiuio sollemnissimo dicit^r. bibebant qui inuitati erant aureis poculis et alijs atqz alijs vasibus sibi inferebantur. Nonā est cum p̄ciosa vel sumptuosa nimis quis p̄curat nō habens respectum. nisi ad

hoc q̄ sint magis saporosa propter qd̄ domin⁹ videt quinqz milibus n̄ rara. sed gmunia in ista terra i qua fuerūt pcurasse. cum de quinqz panibus ordeaceis et duobus piscib⁹ faciauit eos nō enim legitur q̄ potum vini dederit. carnes aut de pane tritico. quia cōmunibus gmunia sufficiūt et plus nō nunq̄ pficiunt.

¶ Quo ad tertium principale dubitatur q̄n gula peccatuz sit mortale vel nō. R̄n. s̄m Tho. vbi supra. Quando homo tm̄ amat et desiderat delectaciones in cibus. vt propter eos cōsequendos deum contemnit patius agere vel etiā agens cōtra diuina p̄cepta. vt quis amat h⁹ modi delectaciones cōsequat^r. tūc est mortale peccatum. quia p̄ponit huiusmodi delectationē deo. Quādo vero plus debito citra tamen deum quia licet amet et desideret pl⁹ debito h̄mōi delectaciones tamen nequaq̄ vellet propter eas agere cōtra legem dei. tūc est veniale peccatum. et hoc vult augu. in sermone de igne purgatorij. vbi dicit quociens aliquis in cibo aut potu pl⁹ accepit q̄ necesse sit ad minuta peccata nouerit p̄tinere. et hoc intelligitur cum propter amorem delectationis hoc contingit q̄ plus debito amat. licet citra deum. Quādo autē gula quo ad potum sit mortale patebit statim. Ex p̄missis patet q̄ gula est peccatū mortale q̄n p̄pter crapulam ieiunia ecclesie vel missa in diebus dominicis vel magnis seu p̄cipuis festis negligitur. Secundo possit esse mortale. q̄n consciētia ali cui p̄babiliter dictaret. q̄ comedere vel bibere ultra talem mensuraz esset destructio nature vel soluere

vt animam meam melius trans ferē
ad sapiētā. cogitavi a vino abstra-
here animā meā. sicut etiā dan. j. et
danie. r. Daniel idem fecit et sic tol-
lit deuocionē. **S**eptimo apostotare
fecit interdum ad literā religiosos
et nō pseuerare. vnde Eccle. xix. vi-
num apostotare facit et sic tollit p-
seuerentiam. **Q**uarto notan-
dum q̄ circa potum vini multa cō-
tingūt rephensibilia. **P**rimo in q̄ti-
tate. **I**deo primo **Chim. v.** modico
vtere vino. **Bern.** Si tñ vobis pla-
cet autoritas apostoli de bibēdo vi-
num obsecro. ne tradatis obliu. nī
q̄ dicit modico. **S**ecūdo in numero
et varietate vinorū. nam in nobilif-
simo guiuio quod apud gentiles le-
gitur habitum fuisse. **Hester. j.** non
legitur q̄ diuersa vina fuerint i mi-
nistrata. sed vinum abundans mini-
strabat̄ ibi nō vina ibidem primo.
Tercio in qualitate p̄ciositatis. vñ
vix pessimorū. **Sap. ij.** dicit vino p̄-
cioso nos impleam⁹. **Q**uarto i acti-
one quo ad fortia vina **Eccle. xxxj.**
Quaz sufficiēs est homini vinū exi-
guum id ē debile. **Q**uinto in tempo-
rum vicibus extra o. dinarie biben-
do. peiores asinis qui certis vicib⁹
adaquāt̄ de his puer. xxxij. **C**ui ve-
nōne his qui morantur in vino p̄fa-
ta omnia indecentia sunt in seculari
p̄sertim in muliere vel puero. peio-
ra in clerico sed pess̄ ma in religioso
hec quidem de immoderātia vini
sumpti dicta sunt que gtingere pos-
sunt in ebrijs et etiam in nō ebrijs.
sed ebrietas specialiter malum est
viciū. **E**t h̄m **Tho. ij. ij. q. cl.** Capi-
tur dupliciter. **V**no modo put di-
cit quēdā defectum hominis. qui
accidit ex multo vino aut alio potu

fumoso potato exquo fit vt homo
nō sit compos rōis. **I**sto modo non
est culpa cum sit voluntaria. nemo
em̄ vult huiusmōi ebrietatē saltem
p se vel solam. sed est defectus qui-
dam culpam cōsequens. **A**lio mo-
do actum dicit quo quis in hūc de-
fectum incidit. vt est interior voli-
cio potacionis immoderate aut est
ip̄amet exterior potatio immodera-
ta et inebrians. **E**t pōt ista ebrietatē
cōtingere tripliciter. **P**rimo q̄ ho-
mo nesciat potum esse immoderātū
et inebriare potentē. qz forte igno-
rat fortitudinē vini et credit se tan-
to indigere potu et sic inebriatur.
sicut de noe videt̄ esse factum. **gñ.**
ix. et hodie contingere posset. vt si
quis in itinere peregrinādo multū
fatigatus et calefact⁹. nesciens for-
titudinem vini illius terze biberet
in quantitate quantum crederet se
indigere. **E**t tamen propter nimiam
fortitudinem vim quā omnino igno-
rat inebriatur aliquantulum. similiter
cōtingere posset de aliquo simplici
qui putaret se debile vinū bibere.
qz tñ sibi p̄ industriam forti vino li-
phatum esset eo penitus ignorante
et sic potest esse ebrietatē sine pecca-
to. p̄cipue si nō ex aliqua negligē-
tia hominis cōtingat. **S**ecūdo mo-
do sic q̄ homo p̄cipiat esse immode-
ratū potū n̄ tñ estimat ip̄m in ebie-
tate potentē. et sic potest esse cum
peccato veniali eo mō quo superi⁹
dictum est de gula. **T**ercio mō pōt
cōtingere q̄ aliquis tñ p̄cipiat po-
tum esse immoderātū et inebriantē
attamen magis vult ebrietatem in-
currere q̄ abstinere. **E**t sic est pec-
catum mortale. qz talis volens et
sciens priuat se vsu rationis quod

est optimum hominis. et sine quo nec virtutes opatur. nec vicia declinat. Et hoc vult aug⁹. in sermōe de purgatorio. vbi dicit q^d ebrietas si sit assidua est peccatum mortale. nō intendens. p^{er} hoc q^d ebrietas fiat mortale p^{er} solam iteraciōem. sed ideo q^d nō p^{ot} esse q^d homo assidue inebriet^{ur} quia sciens et volēs ebrietatem incureret. dum sepe experitur fortitudinē vini et suam abilitatem ad ebrietatē. **¶** **¶** Quo ad secundum principale notandū q^d quī q^d ponit Grego. xxxj. mora. filias q^d ex gule vicio generant^{ur} que etiam sunt cause vel occasiōes aliorū multoꝝ maloz corpis et aie. Prima est ebrietas sensus circa intelligibilia. acies em̄ rōis obtundit^{ur} et ebetat^{ur} p^{er} immoderatā ciboz et potuū sumptionē p^{ro}pter sumptitates inde surgentes et caput p^{er}turbantes. nam si cut fenestra obstructa limo obtenebratur. sic intellectus cibus et potib⁹ obsecratur. Secūda est inepta leticia cum em̄ p^{er} immoderantiā cibi et potus quasi sopitum est rōis gubernaculum tūc sequunt^{ur}. vt plurimum multe deordinaciōes in appetitu et male inordinate passiōes et specialiter vaga quedam leticia. et inepta Tercia filia est multiloquiū p^{er} q^d intelligi p^{ot} inordinatio locutiōis siue quo ad supfluitatem verborum siue quo ad honestatē eoz. vtūq^{ue} em̄ orit^{ur} ex inordi. nata sumptiōe ciboz et potuū. vnde grego. in past. Nisi gule deditos immoderata loquacitas capet. diues ille qui epulatus quotidie splendide dicit iⁿ lingua grauius nō arderet Quarta filia dicitur scurilitas id ē quedā leuitas in exterioribus motibus et gestib⁹

siue quedam iocularitas que risum mouere solet. vt dicit glo. Ephe. v. vnde dicit grego. omeli. de diuite epulone. Prima male cōuiuantiū culpa fabulat^{ur} loquacitas loquacitatemq^{ue} ludendi sequitur leuitas. scribit^{ur} em̄ sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere. Quarta filia immundicia est corpis que p^{ot} attendi s^{ed} inordinatā emissionem quarūcunq^{ue} supfluitatū. et maxime seminis aut p^{er} vomitū. Sequitur etiam plura mala anime et corporis ex gula. Primo auaritia quia plura fercula volentes habere vel delicata victualia facilius conant^{ur} p^{er} phas et nephas acquirere tpalia vnde Hiero. Delicie et epulaz varietas auaritie fomenta sunt. Secūdo sequit^{ur} luxuria. vnde Hiero. quādiu eua in paradiso abstiniuit. virgo fuit. quācito p^{re}ceptum abstinentie violauit corruptionem sensit. Tercio ira et inuidia. vnde. ij. reg. xij. Absolon facit cōuiuū et interfecit fratrem suū Aman cū tumultus esset vino. Quarto per accidiam requiem p^{re}stat demonibus. ideo legio demonū dixit mar. v. mitte nos in gregem porcoꝝ. q^d dñs p^{ro}misit eis in signū q^d gulosi sunt. s^{ed} glo. demonū habitacula. Quinto grauat spūm et ab omni deuociōe deiecit. vnde Lu. xxj. Attendite ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Crapula autē est cruda epula quātm̄ de cibo sumit^{ur} q^d calor naturalis nō sufficit ad eius decoctiōem. Sexto sequit^{ur} corpis infirmitas. imo infirmitates plures Idē Eccl. xxxvij. In multis em̄ escis erit infirmitas. Septimo sepe mors sequit^{ur}. vñ ibidem propter crapulam multū perie

runt **¶** Quo ad terciū principa
le notandū. q̄ cōtra gulaz sunt plu
ra remedia. Primū est sermo diuī
hoc dat dñs Math. iij. d. diabolo
de gula temptati nō in solo pane vi
uit homo. sed in omni verbo qd̄ p̄
cedit de ore dei. ad litteram em̄ fre
quens spiritalis cibi studium gulā
refringit. Secundū est inoderata
occupatio vnde puer. xxi. desideria
occidit pigru. noluerūt em̄ quicq̄
manus eius operari. tota die cōcu
piscit ⁊ desiderat ad litteram nanq̄
aures occiosi dñsiderāt rumores ocu
li. vanitates et os gulosa. Tercium
est elongatio ab his que dant occa
sionem excedendi in cibo et potu. si
cut sunt delectabilitas. varietas vel
imneitas ciboz. fugere em̄ in vicō
gule sicut luxurie victoriosum est.
vnd̄ gen. iij. d̄r Mulier vidit lignū
qd̄ bonū esset ad vestendum et pul
chrum oculis aspectuq̄ delectabile
tulit de fructu illius et commedit.
Quartum est cōsiderare frequēter
qualis plus mortem caro sit futura
qd̄ docet grego. dicens nil adeo va
let ad domandū carnis desideria si
cut cogitare qualis sit futura mor
tua Quintū est meditatio eterne ce
ne quā nō vel tarde gustabūt qui ī
p̄adio h̄ seculi se siliquis porcoz
reficiūt sicut etiā cenā auis gusta
re nequit qui ī p̄adio se repleuit.
vñ mat. v. beati qui esuriūt ⁊ siciūt
iusticiā qm̄ ipsi saturabūt. si beati
qui esuriūt. ḡo beatiores qui satura
būt. Sextū est cōsideratio maloz
quē gula facit in secūdo mēbro tra
ctorum. nam triplicē infert mortez.
culpe corpis et eterne damnacionis
vnde Job. vj. gustare quis poterit
qd̄ gustatum afferre mortem. nam

sicut cum prudentissima mēsurā su
mit medicina vel tiriaca sicut su
mi debent discretissime victualia.
Septimū est consideratio penurie
xp̄i in se et membris suis. Tren. iij.
Recordare paupertatis et transgressi
onis et fellis quo ad. j. Quis etiam
quo ad alterū cogitare posset pau
perū pro victu sollicitudines. labo
res modicitates ⁊ eriguitates quas
paciunt captiui. mendici. vidue et
dei amici. Octauū et optimū est dei
gratia. vnde qui laborat hoc gule
vicio debet oraciōibus instare ideo
Job. iij. Qui biberit ex aqua quaz
ego dabo ei. nō sitiet in eternum. ⁊
Heb. xij. Optimū est gratia stabi
lire cor nō elsis que nō profuerunt
ambulantibus in eis.

¶ Abstinentia et ieiunio
ria sunt nunc videnda.
Primo que sunt vtilita
tes cōsequentes ieiuniū
et que mala sequant̄ nō ieiunātes.
Secūdo qui teneant̄ ad ieiunandū
qm̄ et qualiter. Tercio de potentia
abstinēdi in homie **¶** Quantū
ad primū notādū primo q̄ ieiuniū
s̄m Tho. in. iij. di. xv. est p̄ simonia
victus abstinentiaq̄ ciboz. Primū
scz p̄ simoniā victus semp est neces
saria ad virtuosum actum habendū
in sumendo et appetēdo cibum. sed
s̄m scz abstinentiā in certis cibis et
potibus certis horis nō semp neces
se est seruare. sed qm̄ ieiuniū indici
tis. vt postea dicet. Secūdo notā
dum q̄ quīplex ieiuniū se. i. absti
nentia est scz nature pro sacramēto
eucaristie in sano. necessarium. **¶** Se

cundum est spūale videlicet abstinere a vicijs s̄m iero. etiā adiectionē demonū necessariū. Tercū est memoris vt discipulorū x̄pi in triduo mortis x̄pi. 7 etiā aliorū quibus dulcedo spūalis subtrahitur. Quartū est gaudij vt discipulorū x̄pi in eius p̄sentia et deuotoꝝ in p̄n̄ia ḡsolationis spūalis. Quintū est ieiunium ecclesie quo t̄m̄ semel cerra hora et certis cibis quis abstinet. 7 quis ē fructus de hoc solum est ad p̄positum. **¶** Tercō notandū q̄ ḡloli quidam dicūt ieiuniū minimū virtutis esse actum quo contra s̄m tho. in. iij. di. xv. fruct⁹. xij. et vtilitates ieiunij in summa ponit. Primus est diminucō fomitis quem ab adam 7 parentib⁹ ḡtraxim⁹ qui licet p̄ctm̄ nō sit t̄n̄ valde inclināt ad p̄ctm̄ nisi ieiunijs et alijs operibus virtuosib⁹ sibi resistatur. hoc fames ignis est virtutum opa destruēs si ligna ciborū et potuum inordinate sibi ministrant. ideo apostol⁹ ait. j. Cor. ix. castigo corpus meum et in seruitutem redigo ne cū alijs p̄dicauerim ip̄e reprob⁹ efficiar. Castigat⁹ etiam et domatur corp⁹ vt seruiat anime faciliter et vicijs nō lasciuat. Secundus est delectio peccati. qz em̄ ait Grego. caro leta noltraxit ad culpam. afflictā ducat ad veniam. ido filij israel p̄ peccatis ieiunauerūt. iudi. xx. Tercius est acquiricō virtutū et augmentio. nunq̄ em̄ tempantie virtutum obtinemus nisi tempate p̄ abstinentiā iteratis actibus insudemus. vt dicit philo. in. iij. Eth. et. ij. domato etiam corpe faciliter seruit spiritui ad virtutes. obedit⁹ etiam ob hoc ecclesie. et sic meremur p̄ obedientiā.

am. Quartus est corporalis totius in patria augmentacō. corpus em̄ resurgendo erit lucidū subtile impasibile 7 agile. et in corporali pulcritudine et alijs similibus vnus erit alijs excellentior. hi autē qui sunt x̄pi corpus suū crucifixerunt cū vicijs et ḡcupiscēijs ieiunando gal. v. verisimiliter excellentiores in talibus dotibus que sunt accidentale. j. mium. vñ aposto. j. Cor. iij. vnus quisqz propriaz accipiet mercedem s̄m suū laborem. Quint⁹ est mētis eleuatio vt patet in helia qui post ieiunium. xl. dieꝝ vidit visionē magnam. iij. Re. xix. Ieiuni em̄ ad literā intellectu acutiores sunt. qz p̄ gulam anima corpi nimīū immergitur. que p̄ abstinentiā ad supna eleuatur sicut videmus q̄ s̄m ph̄m aues paucarū carniū aptius et altius volant et vident. Et illa quinqz tangūt in p̄facōe. Qui corporali ieiunio vicia comprimis quo ad primū et scdm̄ mentem eleuas quo ad quintū virtutē largiris quo ad tercū et premia quo ad quartum. Sextus est corporis sanitas. vñ hugo d̄ sancto victore. natura humana in modico ḡtenta est. Consuetudo vero multa addidit et voluptas plurima aggregauit. 7 ad l̄fam ieiunantes saniores sunt q̄ diuites crapuloli. in quibus naturalis ignis tot victualia nō valens ḡsumere cito sicut materialis ignis extinguitur. Septimus est satisfactio notabilis p̄ p̄ctō. sicut. j. Reg. vij. filij israel qui offenderant d̄nm ieiunauerūt di. Tibi peccauim⁹ d̄ne scz elizēdo regem. Rācōe cui⁹ est pars penitēcie ip̄a abstinentia. 7 ceteris pibus tanto plus de purgat ozij pena mi-

nuit quanto plus ipm corpus ledit
Octau⁹ est qd ieiuniū ⁊ abstinentia
 est ad cautelam p peccatis futuris
 penitenti em̄ cicius recordant^r ne
 offendant de futuro qui tam pena-
 liter puniti sunt de pterito vt patu
 it **Y**one. iij. ieiunio niniuitaz a re-
 ge iniuncto. **R**onus est qz p ieiuniuz
 fit determinatio tpris quedam. vnd
 beatus grego. dicit in ome. ductus
 est iesus in desertum. dignū em̄ est
 vt qui tot diebus vltra semel refici
 possumus. in corpe etiam abstinea-
 mus interdum a corpalibus vt re-
 creemur in mēte. **D**ecim⁹ est qd ad
 sacramenta pperat vt fructuosius
 sumant^r. **I**deo tota quadragesima
 ieiunatur. vt in die pasce deuote cō-
 municet^r ppter qd etiam ecclesia p
 cepit a nō ieiunando sine necessita-
 tis articulo nullum debere cōmuni-
 care. **V**ndecimus est qd p ieiunium
 xpo passo multū cōformam⁹ qui si-
 cut ad horam nonā in cruce est pro
 nobis passus sic nos propter eā vs-
 qz ad eandem horā nos cruciādo iei-
 unemus. vt dicit **T**ho. in iij. di. xv
Duodecimus est qd facilius p nos-
 bis ⁊ alijs ea que petimus a deo ob-
 tinemus sic daniel oraturus ieiuna-
 uit. daniel. x. et sancti multi **C**
Quod aut ieiunia ab ecclesia insti-
 tuta sunt rigide obseruanda ad hoc
 multa inducūt. **P**rimo ritus iudeoz
 quozūdaz qui adeo rigide seruabāt
 suas abstinentias. vt potius mori
 eligerent q̄ abstinentiā indicta sol-
 uerent. vt prz. ij. **M**ach. .vj. et vij.
Quanta ergo verecundia est xpia-
 num tpe gratie faciliter soluere iei-
 uniu. **S**ecūdo qz nō inuenit^r aliqd
 peccatum humanū graui⁹ punitum
 q̄ fractio abstinentie simposita vt

patet in primis pentibus. **G**en. iij.
Quanta ergo pena infligenda ē fa-
 ciliter abstinentiā non seruantibus
Ideo zach. iij. **A**dā exemplū meū
 ab adolescentia mea. **T**ercia absti-
 nentia multos malos habet impug-
 natores eam caro impugnat. **I**tem
 creature visu pulchre. et ad vscen-
 dum suanes. **I**tem diabolos vt prz
 in xpo et primis pentibus imo ipaz
 impugnat ratio qd est maximū que
 facile cōtra eaz reperit multa argu-
 menta. **I**tem societas hominū ideo
 tanto virtuosior est actus abstinen-
 tie quanto plures habet impugna-
 tores. vnde ps. **V**iriliter agite ⁊ cō-
 fortetur cor vestz omēs qui spera-
 tis in domino. **S**ecūdo pzi-
 cipaliter magis in speciali videbit^r
 qn̄ sit pceptum ieiunare et abstine-
 re qualiter teneamur ieiunare ⁊ an
 ieiuniū sit dispensabile. de pzo h̄m
Tho. ij. ij. q. clvij. ieiuniū cadit in
 communi sub pcepto legis nature.
Primo inq̄tum p̄inet ieiunium ad
 necessariam cohibitiōem a peccato
Secūdo inq̄tum p̄inet ieiuniū ad
 facil factiōem in penitencia. et sic ca-
 dit sub pcepto diuino scz prout iniū-
 ctum est in penitencia simpliciter ⁊
 sic est pa sacramenti. **T**ercio cadit
 sub pcepto eadem abstinentia inq̄-
 tum p cibuz aliquā pbabiliter quis
 sanitate corpis et vite priuarentur
Quarto cadit sub pcepto legis diui-
 ne qn̄ quis vouit ieiunare. **Q**uinto
 sub pcepto ecclesie cadūt ieiunia ab
 ecclesia instituta et p̄cipue ieiuniū
 quadragesime quatuoz temporz. vi-
 giliaz oim apostolorz p̄ter vigiliās
 ioh. euan. philip. iaco. et similia iei-
 unia que ab ecclesia instituta sunt.
 vel p generali cōsuetudine ecclesie

tanquā ieiunia necassario obseruanda approbata sunt. **I**ta cadunt sic sub p̄cepto. q̄ qui ea sine necessitate et legitima causa transgreditur peccat mortaliter modis immediata te p̄ sanctū tho. exprimēdis. vnde j. q. viij. si quis omnē ecclesiasticam tradiciōem scriptam vel nō scriptaz violat. anathema sit. nullus autem nisi pro mortali anathematizatur. **E**t Tho. vbi prius dicit. q̄ si quis auctoritatem legislatoris cōtemnit p̄ceptum eius transgrediens ex contemptu vel si quis trāsgreditor hō modo q̄ impediatur finis quem intēdit legislator tunc peccat mortaliter. si autē aliquis ex aliqua rōnabili causa statum nō seruet. p̄cipue in eo casu in quo legislator si p̄sens esset decerneret nō esset seruandū. talis nō peccat mortaliter. et in scripto sup. iij. di. xv. dicit intenciōi legislatoris obuiat qui ex cōtemptu vel sine aliqua rōnabili causa ordinationē nō seruat. **S**i autē in aliquo casu ordinationē nō seruat in quo pbabiliter credi p̄t si legislator ad esset eum obligari nō vellet talis nō est reputandus transgressor p̄cepti. et ideo nō est necessariū q̄ qui cumqz aliquē diem ab ecclesia institutum ieiunare obmittit q̄ mortaliter peccet. **P**otest em̄ hoc aliquando animo sine peccato contingere aliquē autē sine mortali cum veniali. qd̄ intellige qm̄ rōnabilis causa subest aliquē autē cuz mortali et hoc s̄m diuersas occasiones quibus homo ducitur ad ieiuniū frangendū. hec Tho. Concordat pe. de pa. in. iij. di. xv. dicens. **I**eiuniū ecclesie cadit sub iure positiuo. vnde eius transgressio sine causa est peccatū morta-

le. vt in adam et olim aia que se nō affligerit videlicet. **E**xo. xij. abstinendo a fermentato peribit de populo suo. **Q**uando autē fractio est cum causa nō ex toto sufficienti est veniale vt de his qui legunt matutinam in completorio. qm̄qz simpliciter nulla culpa est. vt in necessitate **T** **E** Quō autē ieiunare teneamur notandū s̄m eundē q̄ ieiuniū tripliciter pōt. **P**rimo qm̄ quis cōmedendo etiam semel. p̄ totā mensam irascitur male vel gulose cōmedit per totum vel hōi facit qd̄ est contra virtutem temperantie. **S**ecūdo quādo quis etiam semel cōmedendo nō cōtinue sed in pte excedit peccando vt in sine gulose cōmedendo vel in pte irascendo. et pro tanto solum p̄dit ieiuniū nō pro toto. **T**ercio qui die qua ieiunāt circumstantias necessarias violant. **I**eiuniū em̄ debz fieri cum septem circumstācijs. **P**rimo vt quis die ieiunabili vltra semel nō cōmedat ea p̄ que alias manducatio solet compleri. **A**n autē peccet tocies quis mortaliter quoties die ieiunabili pluries q̄ semel cōmedit sine rōnabili causa. **Q**uidem dicūt q̄ sic. alij q̄ nō. **T**u tamen tene s̄m augu. certum et dimitte incertum. hoc tñ certum est s̄m vtroqz opinionem. q̄ peccatū ex pluralitate comestionū amplius potest grauari vt plus peccet qui de ieiunabili quater cōmedit q̄ qui ter ceteris pibus. quia staret q̄ quis hora p̄diei cōmedit ficus cum modico pane et sic secūda hora tertia quarta et quinta. et sic quinquies gmedat modicum semp. **A**lius vero cōmedat post prandiū et in cena eandem cenā vsqz incrastinum p̄telando in

cibus et potib⁹. Apparet q^d scdus plus peccet q^m primus. q^m secundus plus q^mtra intencōem legislatoris facit q^m primus. q^m primus plus lasciuas corpis reprimit q^m intendit legislator q^m secundus faciat. Scdo nō debet ieiunans horā prandij puenire notabiliter sine causa racōnabili. Est autē hora prandij in ieiunio ecclesie alicubi. xij. Alicubi forte aliter s^m q^m s^metudines varias a maioribus p^ratis bene approbata. In primitiua t^m ecclesia fuit hora nona diei. que est secūda post meridiem. q^m p^runc s^m plures doctores videt^r p^rimo x^pm mortuū fuisse in cruce. in cui⁹ recompensaz nos cruciamur ieiunio. in quadragesima t^m strictius videt^r ieiuniū esse seruāndum. Vñ in calcedonensio q^milio sic d^r. In quadragesima nullaten⁹ credendi sunt ieiunare qui ante manducauerint q^m vespertinū celebret^r officium q^d quadragesimali tempe post nonam d^r. Et de q^mse. di. j. Solent plures qui se ieiunare putant i quadragesima mox vt signū audierint ad horam nonā māducare qui nullatenus ieiunare credendi sunt. Si autē manducauerint q^m vespertinū celebret^r officium. Cōcurrēdū est em̄ ad missas et auditis missarū solemnij. largitur elemosinis ad cibum accēdēdū est. si quis vero aliqua necessitate q^mstrictus fuerit vt ad missam venire nō valeat estimata vespertina hora et completa oratione sua. ieiuniū soluat. hec ibi. addit Tho. in. iij. de hora ieiunij. hora ieiunij in cōmedendo nō oportz stricte q^mliderare sed sufficit grossa estimatio scz q^m sit circa horam debitam. nec multū nocet si ex aliqua

causa illa hora aliquātulum pueniatur. vel si forte p^rpter infirmitatē vel etatē vel aliquid hmōi tali hora cōmedere crederet alicui in magnum grauamen esset cū eo de ieiunio dispensandū vel vt aliquātulū pueniret horam. pe. de palu. etiam dicit q^d ieiuniū frangitur notabili hore anticipacōne sine causa. dico notabili nō de illa que vocat^r spēs gule. dico etiam horā nonam omnī t^rpe. tardius t^m debet edi in quadragesima q^m in alijs ieiunij. In quadragesima ergo post officij vespertinum ante horam vespertinaz nō licet edere. Ex quo q^mstat q^d hora nona transit sicut in alijs ieiunij. post officium em̄ none ante horam none. dum t^m q^mstat horam sextam transisse vel esse. hec. pe. Vocant autē doctores p^rnotati horam. vj. meridiem. Tercō s^m tho. vbi p^ro in summa 7 scripto. Esus carnū generaliter i omni ieiunio p^rhibet^r est. Racō est q^m generaliter magis est dilectabilis et ad humores luxurie magis ceteris opatur. Cōcordant inno. et hosti. vñ etiam in sexta feria necessario ē abstinentū a carnib⁹ et etiā in sabato s^m quorūda q^msuetudines. In quadragesima vero interdicit^r vniuersaliter oua 7 omnia lacticia. In alijs autē ieiunij circa hec cōmedenda vel dimittenda diuersēdō s^metudines existunt apud diuersos quas quisq³ obseruare debz s^m morem eoz inter quos cōuersat^r. Vñ hiero. loquēs de ieiunio dicit. vna queq³ puincia abundat in suo sensu et p^rcepta maiorū leges apostolicas arbitret^r. Sed nunquid diebus ieiunioz potest quis de castore cōmedere. Rñ Vuilhel. in rationali-

pte. vi. c. de dñica. iij. aduentus. Cū quidem pisces sint habentes ex vna pte formā quadrupedis aialis ex altera pisces. vt binet⁹ in ieiunio posunt comedī ex pte qua piscis. ex alio vero minime. hec ille. tñ di. iij. dñiqz dicit sic de ieiunio. nequaquā sumptuosiora marina beluaz. id ē mō. kruoz ⁊ cet⁹ cōiuiā pparet. Quar to circa vsum istoz ciboz que alias cōmuniter nō sumunt^r vt electuariorum et speciez sic quis se debz habere vt si modicum sumat. nō tñ in hoc debet exorbitare. videlicet q̄ querat soluz delectaciōez in eis vel multum. Vnde s̄m Tho. in iij. sumptio electuariorum modica etiā ad delectaciōem ieiuniū ecclie nō soluit. quāuis homo possit totaliter vel ī pte ex h^o meritū ieiunij p̄dere vel etiam mortaliter peccare si sit imoderata libido tamē est transgressor p̄cepti ecclie nisi in fraudem sumeret aut si eis quasi alijs cibis vteretur ad famem extinguendā. Per electuaria em̄ vt in summa dicit nō soluitur ieiuniū sicut nec p̄ alias medicinas nisi quis in fraudem electuaria summat ī magna quāritate per modum cibi. Quinto in potu nō dz quis exorbitare. nam vt pe. de p̄al. dicit in iij. et Tho. in iij. potus etiam ante et post nō soluit ieiuniū nisi in fraudem fiat. qñ autē dz q̄ potus nec ante nec post soluit illud intelligo dicit pe. qñ nō conficit^r ex illis que cōsueuerunt sumi in cibum vt in amigdolatus brodiū et h̄mōi que etiam ante in cibum sumuntur secus forte est. vt in purzeta. hec ille. et alber. de iij. co. eius tenet q̄ potus ante prandiū sumptus soluit ieiuniū. Imo. tenet q̄ nō propter

cōsuetudinem pe. de pa. vbi pri⁹ ad dicit. Si quis nō propter famem vel voluptatem. sed timore ne deficerz pte inanitate ficus aut purzeta aut aliquid h̄mōi p̄libaret p̄ modū medicine sic nō est fractum ieiunium. **¶** Sexto debet ieiunans locum et terzam considerare in qua forte vult ieiunium soluere vnde di. pe. de pa. vbi prius. Si cōsuetudo ē in aliqua diocesi q̄ ieiunet^r certo die illi de diocesi tenent^r ieiunare sicut tenent^r si episcopus indiceret. ratio qz cōsuetudo rōnabilis et p̄scripta obligat. di. xij. ca. illa. et hoc intelligo quo ad indigenas nō autē sic faciūt cōsuetudinem ribaldi et mali licet plures sint numero qui nec cetera ieiunia obseruant. qz nō est ḡsuetudo rōe obtenta. sed corruptele. alienigine vero si veniūt aīo inhabitandi ligantis etiam ieiunio cōsuetudinario sicut ⁊ scripto hec pe. Si autē solum transeūt p̄ terzam tutissimū esset vt seruaret ieiunia terre prope et aliene et s̄m p̄fatum doctorē tenent^r seruare ieiunia proprie terre in alienis locis. et si ieiunia ḡsuetudinaria aliene terre quā p̄ranseūt ieiunare nolūt tñ tenent^r nō scandalizare bis cōmedendo. vñ publice nō debent bis cōmedere. iō j. co. viij. si esca scandalizat fratrem meum dicit apo. nō manducabo carnes in eternum ad illud est illud. qd̄ habet^r di. xij. illa vbi aug⁹. interrogaui p̄ matre ambro. qui respōdit. Cum romam venio sabbato ieiunocum melionā sum. nō ieiuno. sic et tu ad quamcūqz eccliam veneris ei⁹ moram serua si cuiqz nō vis esse scādalum nec quenquā tibi ex quo sunt versus. Cum fueris rome romano

uiuio more. Cū fueris alibi uiuio sicut ibi. **S**eptimo debet a ieiunati inspicere tempus. **N**ā s̄m Tho. in su. de domi. ieiunare nō cōuenit. quia dies est leticie. vnde si quis tūc ieiunaret cōtra cōsuetudinē populi cōstitiani faceret que p̄ lege s̄m augu. habenda est. **A**ddit bonauen. li. de euangelica p̄fectiōe. nisi valitudo aliud requirat vel familiaris institutus sp̄s sancti aliud requirat pe. pa. et tho. dicūt q̄ etiam ī festo natiuitatis domini quis ieiunare pōt vt patet in multis religionibus et qui uouissent plus tūc tenent. que dicta sunt de ieiunio ī aliena terra seruando etiam intelligenda sunt d̄ abstinencia a carnibus vel lacticijs ne scandalifetur quis. **V**n̄ ē de obser. ie. ca. **E**xpl̄ficare. d̄ q̄ ī festo natiuitatis x̄pi si in sexta feria uenit a carnibus abstinere tenentur qui ad hoc obligant. voto uel reguli obseruatiā. **E**t q̄ etiam hi n̄ sunt reprehendendi qui p̄ tunc ob de uocidē uoluerint abstinere.

Ed adhuc querit. qui tenent. ieiunare et q̄n̄ ī ieiunio dispensari possit et quis. **A**d **V**bi notandum s̄m Duran. Tho. et Pe. de pa. q̄ nullus auctoritate sua debet soluere ieiunium. q̄ nullus est iudex in sua causa si cōmode habere pōt habet recursum ad superiorem suum. **E**t s̄m Hosti. n̄ sufficit licentia simplicis sacerdotis si pōt haberi ep̄s. **A**lias si nō pōt cōmode haberi ep̄s pōt curatus dispensare. **T**ūc in sum. tho. addit in talibus recurrendū ē

ad superioris dispensaciōem nisi forte ubi ita cōsuetum est. q̄ ex h̄o ip̄o q̄ plati dissimulant annuere uidentur. **S**unt aut. quinqz cause principales rōnabiles et legitime propter quas pōt quis dispensare ī ieiunio uel in p̄ueniendo horaz uel in cōmedendo alium cibum q̄ ieiunantes fortes p̄ tūc cōmedant. **E**t sunt etas infirmitas necessitas labor et ministeriū. **P**rima causa est **E**tas. vnde s̄m Tho. vsqz ad finem xxi. anni nō tenentur ieiunare iuuenes. q̄ indigent vt plurimū ante illud tempus de nutrimento duplici de causa uidelicet vt nutriant. et etiam vt crescant. tūc infra p̄dictum tempus decens est. vt ad aliquā abstinenciā se exerceant plus et min⁹ s̄m modū sue etatis. **S**ed q̄ quanto ad terminū p̄dictū appropinquatur. tanto uirtus nature magis roboratur et augmentū tardius p̄cedit cum in primis quinqz annis pueniat puer ad medietatē augmenti. vt philo. dicit. **I**deo s̄m q̄ magis appropinquat ad p̄dictum terminū sunt eis ieiunia magis cōmensuranda. dicit Tho. **I**dem credit. tenendum de senibus ualde propter debilitatem uirtutis digestiue si tanta sit q̄ nullo mō possunt digerere tūc cibum vna digestione quācus sufficeret ad cōseruatiōem nature. plurimum etiam terraz cōsuetudo habz q̄ in ieiunijs p̄fatis vsqz ad septēnum pueris dant. oua ⁊ lacticia dicit quidaz doctor. **S**ecūda causa est infirmitas uel debilitas. q̄ aut. dicitur. debilibus et infirmis nō p̄iudicet. dicit pe. pa. in. iiii. **I**ntelligitur nō ip̄o iure. sed dispensatiue. vnde nō dicit q̄ tales non ligentur

sed q̄ eis nō p̄diceretur. Debet autē esse euidentis infirmitas. vñ etiā canones p̄mittunt necessitate exigēte cū infirmis in esu carnum dispensare. eñ de obser. ieiū. **C**onsiliū. Et videtur q̄ etiam debiles qui nō p̄nt t̄m gmedere vna vice q̄ natura cōseruetur. nō teneant̄ stricte diu saltem ieiunare eadem racōne qua supra de etate dictum est. **I**ste casus gtingit sed in pauciorib⁹ p̄ quāta autē infirmitate vel debilitate solui possit ieiuniū ab infirmis vel debilibus arbitrio boni viri potius limitandū est q̄ p̄ aliquam doctrinā generalē vt dicūt doctores de mulieribus p̄gnantib⁹ et nutricibus. si timeatur pbabiliter de piculo earum si ieiunauerint de fetu in vtero vel de puero. ad vbera nō soluz possunt sed etiā tenent̄ soluere ieiunium. **C** Tercia causa est euidentis necessitas penurie nimie que pōt esse duplex. Vna magne paupertatis vt qñ aliquis cogitur hostiatim mendicare. et nō potest habere tantū de cibo q̄ sufficiat pro vna refectiōe. ille potest pluries gmedere alias si potest habere simul satis p̄ vna refectiōe. tenent̄ ieiunare. **C**oncordāt tho. in scrip. et i summa. Et addit q̄ qñ quis p̄pter p̄cedentem mediā ita debilitatus esset q̄ ieiuniū sustinere nō potest etiaz excusatur. Alia penuria possit esse ex magna caristia. vt si in xl. vel in p̄fatis ieiunijs nullus ali⁹ cib⁹ haberi possit nisi carnes. vel in exercitu. vel alias si nō possit simul habere cibum sufficientē. sed solū successiue et interpellatim. **I**n talibus casibus pluries cōmedens vel carnes edens a peccato mortali excusa-

ret⁹ qui t̄m sufficienciā carnum habet. et in tali casu h̄m quosdam tenent̄ ieiunare scz t̄m semel cōmedēdo. **Q**uarta cā est labor necessarius ⁊ pius quē homo vsqz ad aliud tempus differre nō potest qz cogit⁹ cū magna fatigacōe ḡtinuare. **I**n tali labore nō tenent̄ ad dicta ieiunia maxime qui nō sunt ita fortes q̄ simul nō possunt ieiunare et labore. **E**t quo patet quid tenent̄ pegrinantes itinerātes laborātes in vineis agris et artib⁹ mechanicis. vñ in. iij. dicit **T**ho. si sit talis pegrinacō que posset sine incōmodo differri si simul cū ea nō pōt ieiunare. **S**i autē pegrinacō cōmede differre non pōt vel qz tempus ieiunij hōinem in viā p̄occupat. vel qz diēs festus alicubi imminet ad quem ex deuotione homo p̄gere cupit vel quia mora in penitētia periculum habet spirituale vel corpale pōt h̄m dispensacōnem sui superioris omnibus p̄dictis pensatis pegrinari et ieiuniū soluere. hoc t̄m intelligitur de his qui labore itineris adeo affligūtur q̄ simul cū ieiunio itinerare nō possunt. **N**ec obstat q̄ p̄ceptum debet p̄poni ḡsilio. qz ḡtencio h̄mōi p̄ceptum dantis nō est alias pias et magis necessarias causas excludere nec intencō maioris lucri nō necessarij laborante corpalliter eos a peccato excusat si ieiunium frangūt nec illi itez a peccato immunes sunt qui oparios ḡducere nolunt nisi tali pacto vt ieiuniū soluant. nisi forte cā sit necessaria que festinacōez opis p̄ quo laboratur exposcat. hec tho. **Q**uinta causa pueniendi cibū est ministerium vñ seruientes nobilibus diu-

mēsam prahentib⁹ si ex causa necessaria pueniāt aliquātulū horā cōmedendi cōmedēdo ex toto. vel si p libant modicū ne deficiāt in seruiēdo et hoc faciāt positis iam mensis vel paz ate. Ita q ppter cōtinuaciōez tps totū dbeat reputari vna mēsa nō credūt quidam doctores q peccēt. sicut nec peccent seruitores mediocriū psonaz qui surgūt d mēsa dñoz suoz vt vadāt ad portādū vinū vel vt portēt exenia et reuerētes itez cōmedūt de regularib⁹ quā debēt legere ad mēsam in refectorio idē dicēdū de seruitores nobiliū dūmō hoc licentiati faciunt. f

Quo ad terciū pncipale notādū q multa vire⁹ abstinendi est in hoīe quā paucissimi expiunt nisi corpus suū exerceāt ieiunijs abstinētijs et similib⁹ qd ptz pmo in abstinētijs philosophoz paganoz. **N** vt legitur in vitis philo. de socra. Socrates tam tpat⁹ fuit in victu vt fere p omnē etatē suā infirmitate caruerit et in peste q athenas vastauit ille sus trāsiret. Itē cū quosdā hospites tenui cena pcurasset ⁊ amicus ei⁹ ei hoc intimaret. **S**ñ. socrates. si boni sunt equanimiter ferēt. si mali nō est curādū. Itē docebat illos vitādos i cibo ⁊ potu. qui vltra sitim famēqz sedandā puocare se noscerēt. Sic carnides philo. vt refert valeri⁹ intm cogitaciōib⁹ ⁊ studio inhehit. vt ad mēsam sedens manum ad mēsam porrigere obliuisceretur et famula q loco vxoris habuit de ptra philosophi necessarijs vsibus appodiaret. Actū. j. ca. et x. sue etatis anno viuēdi et philosophādi finē dedit. ⁊ epicur⁹ voluptat⁹ assertor vt ait **P**ier. dixit olerib⁹ pomia

et vilibus cibis vtendū. qz carnes exquisite epule indigenti cura. et sollicitudine misera pparate maiorē penā hūt inquiredo q voluptates in abutendo. vbi aqua ⁊ panis sunt et cetera similia. ibi nature satis factum est quicquid supfuerit nō ad vite necessitatē sed voluptatē ptnet. hec de vita philo. Quod si gentiles hoc fecerint qra verecūdia ē xpianū nō abstinere. **S**cdo qtu valeat in abstinēdo humana natura. licet in adā sit debilitata. ptz in abstinētijs magnis et longis quas sustinēt inuiti in carcerib⁹ ⁊ quas faciūt aliqui p sanitate acquirenda et gseruāda. Tercō ptz in abstinētia q fecerūt viri sancti qui nobilissimi fuerūt. imo et mulieres sancte fragilioris nature. Exquo ptz q homines multa possent si vellēt se pbare in abstinētijs. s; sunt heu multi qui se pbāt piciēdo lapidē luctādo saltādo curzēdo pugnando etiā ad mortē s; in abstinētijs pauci se probāt vñ di. bern. Ignosce dñe ignosce. dissimulam⁹ tergiuersamur. ⁊ i his q ad te ptnēt vix ē qui velit expiri qui possit. **S**z qreret aliquis ē ne aliqui ieiuniū vel abstinētia viciū. vel cōtra augmētū virtutis. **S**ñ. tho. i. iiii. di. x. v. q sic in triplici casu. **P**rio qñ quis sibi subtraheret necessaria in cibis q ptnent ad necessitatē vite hō ei nō licet sicut nec interimere seipm. s; hō necessarium ē valde modicū. qz modicis natura cōtenta ē de hō di. iero. nō differt vtz magno vel puo tpe te iterimas. **S**cdo ē necessariū ad ghuādū valitudinē corpis in statu que accipitur s; sufficientiam. **H**abito respectu ad ea que incumbunt

ex officio. vel ex societate eorum ad quos quis cōiunxit necessario agēda et tali necessariū subtrahi nō debet q̄ hoc esset de rapina hostiā offerre si quis p̄pter ieiuniū impediret̄ ab alijs opibus ad que alias obligatur vñ hiero. di. de rapina holocaustrū offert vel qui ciborum nimia egestate vel māducādi vel somni penuria imoderate corp⁹ affligit. tercio si sit tanta abstinētia q̄ hō ab opibus vtilioribus impediatur q̄ quis ad ea ex necessitate nō teneatur̄ indiscretum est ieiuniū et si nō illicitū. vñd hiero. di. Rōnabilis hō dignitatez ammittit qui ieiuniū caritati vel vigiliis sensus integritati p̄fert. **Q**uerit̄. ij. an ieiunia possint redimi p̄ pecunia vel alio mō. Rōnde. h̄m Inn. q̄ triplex est ieiuniū vñ ab ecclia mandatū de quo supra. et hoc nō pōt redimi nisi causa vel necessitas in ieiunāte subsit. Alia ieiunia sunt volūtaria id ē votiuā. ⁊ talia sine causa que in ieiunāte subsit dūmō alias sit vtile redimi possunt auctoritate superioris. Tercio sunt ieiunia in penitentiam iniūcta. et de istis idem est sicut de voluntarijs.

Capitulum

Primum

Modo videndū est de septimo p̄cepto. Nō facies furtum. vbi nō solum deus phibet furtū. sed rapinā c̄m mem infidelē emptionē venditiōem laborē et omnes modos quib⁹ hō volūtarie infert alteri damnū in reb⁹ suis tpalibus. Qd̄ notauit aug⁹. cū ique stioib⁹ exodi dixit furti nomine intelligit̄ ois vsurpacio rei aliene nō ei

apinā pmisit qui furtū phibuit s̄ apte totū phibere voluit. vñ q̄tra auariciā hoc mādatū tradit̄ d̄ quo videnda sunt tria. Primo quid sit auaritia et quale p̄ctm. Secdo q̄ detestabilis sit. Tercio cur diuitie que sunt infima bona tm̄ diliguntur ab homie. **A** Quantū ad primū si iendū q̄ auaritia capit̄ s̄m tho. ij. ij. q. cxviii. dupliciter. Vno mō est iordinatus appetit⁹ seu amor hūdi et possidendi aliena. Ex quo amore mouet̄ hō ad volendū seu possidēdum aliena indebite. videlicet surripiendo ea aut retinēdo et sic auaritia opponit̄ iustitie. et sic accipit̄ ezech. xxij. p̄cipies ei⁹ in medio ei⁹ quasi lupi rapiētes p̄dam. Alio accipit̄ auaritia put est inordinatus amor et appetit⁹ ad diuitias pprietas. vt cū quis nimis amat res viles exteriores et p̄pter hoc nimis desiderat eas acquirere aut nimis complacet in iā possessis et iō nimis retinet eas q̄ quis nō velit rapere aut retinere aliena et sic opponit̄ liberalitati. q̄ moderat̄ h̄mōi affectiones circa pprietas diuitias hec auaritia semp̄ est p̄ctm. vñ hebre. vl. d̄. sine mores id ē vita sine auaritia cōtenti p̄ctib⁹ id ē nō sint cupidī nō habitoz. vbi glo. avar⁹ est qui tenax ē in largiendo cupid⁹ in accipiendo. **E**x quo patz q̄ auaritia nō soluz est in diuitib⁹ qui pl⁹ debito acquirunt diuitias aut retinēt. s̄ etiā est in paupib⁹ qui licet habeāt supfluatm̄ sic inordinate amant diuitias q̄ ex hoc mouent̄ ad desiderandū eas supflue aut supra debitū modū aut i quis diuitijs sic amore se haberēt vt indebite i eis delectēt̄. aut eas indebite retineāt. Vnde sup̄ illud ps̄.

h. videbūt iusti et timebūt et super
ipm ridebunt et dicēt. Ecce hō qui
nō posui deum adiutorē suū. sed spe
rauit in multitudine diuiciarū suarū
dicit Aug. Audiuit aliquis pauper
pphetam dicentē. Speraui in mul
titudine diuiciarū suarū et cōtinue
attendit pannos suos resperit for
te iuxta se diuitem ornaci⁹ indutū
et ait in corde suo de illo dicit nun
quid de me. Contra qđ subdit aug.
Nolite inde excipere. nolite inde sepa
re nisi videris et timueris et pctā
rideas. Nam quid tibi pdest si ege
as facultate et ardeas cupiditate
hoc ergo attendite ne passim diui
tes reprehendatis et rursum de paup
tate et egestate psumatis. Et quis
ita sit de paupibus vt dictus est tñ
auaritię supflus amor frequenti⁹
et magis abundat in diuitib⁹. qz ex
hoc qđ aliquis diuitias possidet. al
licitur anim⁹ eius ad eaz amorem.
Sicut em̄ ex cōtinua cohabitacione
mulierū efficit⁹ quis incōtinens eo
qđ vterqz materiā sui criminis habz
pntem. vnde in episto. ad paulinū.
et thersasiam dicit aug⁹. qđ terre
na artius diligunt⁹ adepta qđ cōcu
pita. Nam vbi ille iuuenis discessit
nisi quia magnas habebat diuitias.
Aliud est em̄ nolle incorporare que d
sunt. aliud iam incorporata diuellere
Illa em̄ velud extranea repudiant⁹
Ista vero velud membra pscindun
tur. Et Criso. sup. Math. appositio
diuitiarū maiorem accēdit flāmam
et vehemēter cupido. **¶** Quan
do aut̄ ille due auaritię sint pecca
ta mortalia vel nō. Notandum h̄m
Tho. qđ auaritiā. Primo mō videli
cet put opponitur iustitię quo ad
actus suos est de genere suo. p̄ctm̄

mortale. qz actus eius sunt iniusta
acceptio. et retētio alieni. et sic pri
nent ad rapinā et furtum que sunt
mortalia vt patebit in sequētib⁹.
Sed secūdo mō auaritiā capiēdo
eā put opponitur liberalitate pro
amore inordinato diuitiarū ppriarū
Sic est aliqñ peccatum mortale ali
qñ veniale. qz vt dicit sanctus thc.
ij. ij. q. cxviii. si homo diligit diuiti
as supflue et plus debito nō tñ p⁹
qđ deū. Sed citra deū nec vellet p
pter diuitias aliqđ facere qđ essz cō
trarium amori dei. aut p̄mi. Tūc
talis auaritiā est peccatū. qz imode
ratus amor et cōtra rectā rōem. sed
est veniale eo qđ nō est cōtrariū ca
ritati dei aut p̄mi. si aut̄ amor ex
teriorū rex sit tam immoderatus et
magnus qđ homo p⁹ diligit diuiti
as vel rem aliquā vtilem qđ deum.
vt qz plus vult carere deo qđ tali
re vel qñ ppter amorē diuitiarū nō
veret⁹ facere gtra amorē dei aut p
p̄mi. tūc talis auaritiā ē p̄ctm̄ mor
tale. sicut cū amore nō necessarij lu
cri et sine cā rōnabili violaret diez
dñicū aut multū solennē diem. aut
piurat aut damnificat p̄mi et sic d
alijs auaritię filiabus. Et hoc vult
aposto. ro. v. vbi cum p̄missis reple
tos omni iniquitate. fornicaciōe. a
uaritiā. et similibus. subdit qz talia
augūt digne sunt morte. **¶** Quo
ad scdm̄ principale notandū qđ aua
ritiā est valde detestabile vicium p
ppter quinqz. Primo qz est capitale
viciū. ex qua filie valde nociue ori
untur h̄m grego. xxxj. mcra. Diffe
rūt aut̄ mortale vicium et capitale
Quia mortale est qđlibet priuans
hominē vita aie. qđ ē gratia et vita
eterna Cui peccato debetur p̄ pena

mors eterna. et talia mortalia sunt
 valde multa. sed capitale est ex quo
 multa alia peccata vt frequenter
 oriuntur p modum principij et cause
 efficientis vnde sicut caput est pzi-
 cipale membz et tanquā principuz
 a quo alia quodāmodo oriuntur et di-
 riguntur et sicut dux exercitus prop-
 ter principatē alios regit sic ad
 similitudinem taliū. quedā sunt vi-
 cia que propter pziicipalitatem et de-
 pendentiam alioz ab ipis dicuntur
 capitalia. Et sunt septez quoz vnū
 est auaritia. de quo Tho. ij. ij. q. cx-
 vij. declarando filias auaritie qual
 vbi prius enumerat Greg. dicit q
 auaritia est supfluous amor habendi
 diuitias et in duobus abundat. Pri-
 mo in retinendo et ex hac pte ex ea
 oritur obduratio gtra misericordi-
 am. qz scz cor nō emolitur misericor-
 dia vt diuitijs suis subueniat mis-
 eris. Secundo auaritia abundat in
 accipiendo. et hū hoc auaritia pōt
 cōsiderari dupliciter. Vno mō hū
 qz est in affectu et sic ex auaritia o-
 ritur inquietudo inq̄tum ingerit
 homini sollicitudines et curas sup-
 fluas. Alio mō potest cōsiderari in
 effectu. et sic in acquirendo aliena
 vtitur aliqui vi. qd̄ p̄inet ad violen-
 tiam. Qñqz autē dolo qui si fiet in
 verbo erit fallatia q̄tū ad simplex
 verbum. p̄iurium autē si addat̄ con-
 firmatio iuramenti. Si autē dol⁹ cō-
 mittatur in opere sic q̄tum ad res
 erit fraus. quantū ad p̄sonas erit p-
 ditio. vt patet de iuda qui perdidit
 xpm ex auaritia. **CC** Secūdo fa-
 cit ad detestaciōem auaritie qz na-
 tura illud vicium disuadet. q̄ terrā
 voluit esse infirmam et omniū con-
 culcari pedibus. pecunia autē et oīa

apprecibilia pecunia sunt terra ru-
 bra vel alba. hū Bern. vel terrena
In cuius signum legitur Actū. iij.
 qz primitiui de ecclesia p̄cia domo-
 rum vel agroꝝ suoꝝ ponebāt ante
 pedes apostoloꝝ qd̄ et ioseph ibidē
 fecit sup quo glo. dicit docet calcan-
 dum esse aux et subdi pedibus apo-
 stoloꝝ. **I**tem anima hū naturā est
 sublimior et purior celo vtpote deo
 similioꝝ. vnde in libro de causis dici-
 tur esse in orifonte eternitatis id ē
 media inter corpalia seu temporalia
 et eterna que sunt angeli et deus.
Idcirco debet esse exaltata a terre-
 nis. et si terrenis inheret. tūc celuz
 terrā tangit cōtra naturā. **I**tem a a
 hū Bern. celum est in quo deus ha-
 bitat. terra vero scabellum dei hū
 illud prophete. **C**elum mihi sedes ē
Terra autē scabellum pedum meoꝝ
Isa. lxxj. **A**bsurdum est celum id ē
 animā terrenis repleti. **CC** **T**ercō
 facit ad detestaciōem auaritie vel
 multiplex p̄ scripturam cōminatam
 vndē **I**sa. v. **V**e qui cōiugitis domū
 ad domū. et agrū agro copulatis vsqz
 ad terminū loci nūquid habitatis
 soli vos in medio terre. **A**bacuc. ij.
 ve qui congregat auaritiā malā do-
 mui sue. **A**mos. vj. **V**e qui opulenti
 estis in sion. **L**u. vj. **V**e vobis diuiti-
 bus qui hic habetis gsolaciōem ve-
 stram. **J**aco. v. agite nunc diuites.
 plorate vllulātes i miserijs vestris
 que aduenient vobis diuitie ve-
 stre putrefacte sunt. et vestimenta
 vestra a tineis cōmesta sunt. argen-
 tum vestꝝ et aux eruginabit. et eru-
 go eoꝝ in testimoniū vobis erit et
 manducabit carnes vestras sicut ignis
In epistola **J**ude. ij. d̄. ve his
 qui i via chaz abierūt qui auaritiā

Secuti sunt et errore balaam. merce de effusi sunt et contradicōe thore perierunt. Apo. viij. **V**e ve habitantibus in terra. habitantes autez in terra ad modum talparum sunt auari nec mirum cum aposto. dicat Ephe. v. Auaritia est idolorū seruitus. **¶** Quarto detestabilis est quia tria que debemus dare deo. fidem. spem. et caritatem. dat diuicijs fidem dat qz plus credit de diuicijs q̄ de deo eo q̄ putat sibi diuicias debere pcurare necessaria. quasi deus curam nō habeat de seruis suis. contra illud Math. vj. Considerate lilia agri. volucres celi. staturam agri. et similia. Spem dat quia putat cōsolationes veras diuicias conferre. et virtutum diuicias tristitias facere contra illud xpi. Johan. xvj. In me pacem habeatis in mundo p̄suram habebitis. Et Mat. xix. Omnis qui reliquerit domū vel fratres. aut sorores. aut patrē. aut matrē. aut vxorē. aut filios. aut agros propter omen meum. centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. caritatem diuicijs tradit. quia vbi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum Math. vj. **¶** Quinto facit ad detestacōem auaritie. q̄ inter infirmitates spirituales ip̄a vna est de peioribus. Vnde Eccl. v. est infirmitas pessima quam vidi sub sole. diuicie cōseruate in malum domū sui. perierūt in afflictione pessima. merito dicit pessima. quia infirmitas mala est debilitas corpis. s; hec in bonum cedit anime. Est infirmitas peior peccatum veniale. et quedam mortalia. quia animā vulnerat propter que vulnera christū medicum venire potuit. Sed auaritia ē

infirmitatum pessima quo ad plura sicut et infirmitas magna corporis. Primo qz diuturna. eo q̄ materia vix p̄fecte euacuatur. vt patet in diuite iuvene qui noluit relinquere omnia. Secdo qz continua Eccl. iij. Vnus est et secundū nō habet. non filium. nō fratrem. et tñ laborare n̄ cessat. Tertio quia acerbe affligit in retinendo grauius in acquirendo grauiissime vero in amittendo. j. thi vj. Radix omniū malorū est cupiditas. Et statim sequitur quā quidam apperentes erauerūt a fide et inse runt se multis doloribus. Quarto qz pestis est vniuersalis. nam iuuenes et senes diuites et paupes infirmos et sanos. stultos et sapientes. clericos inficit et seculares. non sic aut est de luxuria. vnde Hierē. vj. A minore vsqz ad maiorem omnes student auaritie. et a propheta vsqz ad sacerdotem. cuncti faciūt dolū. Seneca. Quid si stultius q̄ de ficiente via viaticum augere. Quinto quia celestis medicus hanc infirmitatem ad mortē quasi iudicauit. Math. xix. dicens. Amen dico vobis quia diues difficile intrat in regnū celorū. Sexto quia hec auaritia ex p̄tissimo et potentissimo medico a cura abstulit vnū infirmum iudam vī delicet. Septimo qz celestem medicum irasit. et ad vltimū interficit. vnde Luce. v. Audiebāt verba hec pharisei qui auari erant. et iridebant eum. Octauo quia hec infirmitas nimis varia est. vt pitissimi animarū medici vix eam cognoscāt vt p̄tz in vsurarijs contractibus simonijs et mercacōib⁹. Tot em̄ inuēcio nes et modos inuenit hūana malicia in acquirendo temporalia x̄. vñ gen.

xx. Abimelech dedit girare tres argenteos in velamen oculorum. Non quia xps contra hanc infirmitatē indixit. q̄ nullus ei⁹ d̄ scipulus eē posset nisi renunciaret omnibus q̄ possidet. **Luce. xiiij.** **I** Quo ad tertium principale Cur diuitie nō faciant appetitum. s̄m q̄ d̄ Ecclesi. v. Auarus n̄ implebit⁹ pecunia. ⁊ s̄m | i. hilo. li. polli. Appetitus pecunie ē in infinitum. Dicendū q̄ hui⁹ sunt quinque cause. Prima est capacitas animi infinita que aptitudinata ē ad solum deum recipiendum si debz faciri. vnde august. li. confes. fecisti nos dñe ad te et inquietum ē cor nostrū donec requiescat in te. **Sap. xj.** Cum orbis terrarū sit ante deum quasi gutta roris ante lucem que d̄scendit in terram. Quomodo finitū posset faciri infinitū. Secūda causa est infiniteitas inordinati affect⁹ et sineitas rerum temporalium quo ad nostra p̄uersa desideria. Nullo ei sine mensurat⁹ affectus eius qui cupit omnē gloriam et gratiam habere ac supplecionē defectuū. qd̄ tam cuiuslibet impossibile est. vt patet in christo p̄fectissimo homine de quo **Joh. viij.** quidā dicebant. quia bon⁹ est. alij dixerūt nequaquā. sed seducit turbas. Cum aut̄ finitum nō possit replere vel proporcionari infinito necesse est. vt desideria temporalium diminuemus. et tūc pauca sufficiūt vt patet in animalibus brutis. et. j. thi. vi. habentes alimentū et quibus tegamur his cōtēti sum⁹. **Ideo Gene.** Si vis te diuitem facere nō pecunie est adijciendū. s̄ cupiditati subtrahendum. Tercia causa est qz noua temporalia acquisita s̄p vel frequenter aliqd̄ vacuum requi-

runt in quo recipiant⁹. vel vt custodiant⁹. vel potius habent defect⁹ annexus exempli gracia si acquiescunt aux̄ indigies scrinio sera. ⁊ camera si vaccā indiges stabulo feno et famula. si adijcis temporalia. plura vis habere fercula familiam. et ita de ita de similibus simile est iudicium ideo **Eccle. v.** Vbi multe sunt opes et multi sunt que cōmedūt eas. Tales em̄ faciūt sicut multū sicientes qui ad extinguendum sitim aquā salisam bibunt. nam in eo q̄ aqua est sitim habet extinguere. sed quia salis est sitim habet puocare. Sic temporalia aliquē defectum tollunt s̄ ad alia plus affectum accendūt. iō **Joh. iij.** Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum. Quarta causa est. quia errant in satis faciendo potētie que sitit. et defectum principaliter paritur. puta intellect⁹ qui vul t̄ primū verum s̄m **Auerz. sup. illo. j.** meth. Omnis homo natura scire d̄siderat. Et p̄miū bonū s̄m illud. j. ethi. oīa bonū appetūt. Sed avari si siti principalem vellent extinguere scientiam ⁊ virtutes deberēt primo acquirere ⁊ tūc cessaret sitis respectu aliorum. s̄m illud **Joh. iij.** Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo. nō sitiet in eternum. qz vero avari non sic faciūt. sed temporalia que nec intellectum nec in affectum possunt ponere. s̄ bene in cistam vel stomachū ideo nunquā faciunt. sicut nec ille corpalem sitim sedaret qui potum in calcium dolum pedes aures vel huiusmodi poneret. Quinta causa est qz anima est s̄ iritualis ⁊ temporalia sunt corpalia. talium autem nulla est proportio. Vnde sicut cista non potest esse proporcionata sapientie

sic nec anima temporalibus. **Iz**
Tercio principaliter queritur vnde
 pueniat tantus affectus ad diuiti-
 as. cum tamen tot curis et malis ac-
 quirantur et possideant^r et amittā-
 tur. **Rñ.** q̄ ex tribus. **Primo** q̄ ho-
 mines multum diligunt corpus. ho-
 nores p̄sidentias et huiusmodi. et
 s̄m humanam estimaciōem putatur
 q̄ p̄ pecuniam talia adipiscant^r sed
 videant hi exemplum. **Luce. xij.** diui-
 tis qui multis diuicijs congregatis
 ait anime sue iam gaude epulare ⁊
 letare. q̄ reposita habes multa bo-
 na in annos plurimos sed ei dicitur
 stulte hac nocte repetent animam
 tuam a te et que cōgregasti cuius
 erunt. **Secundo** q̄ homines nō cogi-
 tant mala prouenientia ex diuicijs
 prius tacta. vnde aposto. **j. thimo.**
vj. Radix omniū maloz est cupiditas
 id est avaritia. **Et iterum** ibidē
 qui volunt diuites fieri incidūt in
 temptaciōes et in laqueos diaboli
 et i desideria inutilia et nociua que
 mergūt homines in interitum et in
 p̄ditionē. **Exemplū** de contractibus
 laboribus et hmōi. **Tercia** est cau-
 sa quia vt prius tactum est. nō cupi-
 ditati detrabere studēt homines sed
 pecunia adijciūt. **Vnde** feretam im-
 possibile est quem cū avaritiē obie-
 cto carere avaritia sicut luxurie ob-
 iecta habendo id ē mulierū frequē-
 tiam et castum esse. **Ideo** sicut ig-
 nis nō extinguit^r sed incēdit^r si ma-
 teria lignoz aptoz sibi ministretur
 sic ⁊ avaritia. nō ergo mirum q̄ do-
 minus diuitias spinis compar. **mat.**
xij. di. sollicitudo seculi et fallacia
 diuitiaz suffocāt verbum dei. diui-
 tie em̄ s̄m aug^o. velud bitumen aui-
 um sunt. et si eas nō capiat. tñ mul-

tarū cōtemplacionū pennis priuat
 vnde cesarius diuites in suo statu
 compant aptissime naui in mari tē-
 pestatibus quassate que aut perit.
 aut mergitur. aut iactura onez va-
 cua ad litt^o venit sic reuera diuitū
 status. aut ad infernum trahit aut
 in purgatoriuū mergit. aut plurimū
 glorie gradibus priuat.

Obduracione que est fi-
 lia avaritiē. et de miseri-
 cordia que opponit^r ob-
 duracioni videbunt^r p̄-
 cipaliter tria. **Primo** quid sit obdu-
 racō. quid misericordia. quid elemo-
 sina. et qui eius fructus. **Secundo**
 quis possit elemosinaz dare. quō dz
 dari et quibus. **Tercio** que sunt ele-
 mosine sp̄uales. quot et quō corpa-
 libus elemosinis sunt meliores. **A**
Quantū ad primū notandum q̄
 obduratio est quedam a misericor-
 die opibus obstinatio. **Est** autē mise-
 ricordia s̄m augu. **ix. li. de ci. dei** ali-
 ene miserie in corde nostro compas-
 sio cui cum possumus subuenire cō-
 pellimur. **Sunt** autē duplices prioroz
 defect^o. quidem sp̄uales quib^o sub-
 uenitur p̄ sp̄uales elemosinas d̄ qui-
 bus intercio p̄cipali dicitur. **Alij**
 sunt corpales. quibus subuenitur p̄
 corpales elemosinas. vt sunt septez
 opa misericordie corpalia cōtenta
 math. **xxv.** et hoc versu. **Visitō. ci-**
bo. potō. redimō. tego. coligo. con-
do. **Modo** avaritia que est inordi-
 tus amor diuitiaz facit cor durum
 et n̄ p̄cipe miseroz defect^o nec opa-
 ti. aut nō tñ q̄tum deberet quis p̄
 t̄palia effectū vel saltē affectū. **B**

Est autē elemosina s̄m Tho. ij. ij. q. xxxij. ar. j. Opus quo indigenti datur a iquid ex passiōe propter deum ⁊ sunt elemosine effectus s̄m tho. in iij. tres principales et magni. Primus q̄ satis facit pro peccatis cui hic aut in purgatorio luere debemus. vnde s̄m docto. durā. pe. palu. ⁊ etiam alios in iij. di. xv. elemosina inter tres ptes satisfactio- nis. que sunt ieiuniū et oratio. Est cōmunitatiue magis satisfactoria. supposita pari gratia et caritate. rō quia in elemosina virtualiter cōtinent^r alie ptes. vt ieiunium et oratio triplici de causa. Primo qz cui datur elemosina cōstituit eum debitorē ad ieiunandū et orandum et ad faciendū alia bōa. que potest qui dedit loquendo de debito morali n̄ ciuli. Secūdo qz elemosina propter deum data est quasi quedam oblatio deo facta. vnde in iij. ethic. de q̄ dona habent aliquid simile deo sacratis. Oblatio autē facta deo viz oraciōis habet frequēter em̄ plus impetrat donū q̄ supplicatio. Tercio cum bona exteriora ad cōseruacionē corpis ordinent^r. subtractio eoz p elemosinā cōtinet virtute ieiuniū et plerqz cōtingit q̄ aliquis artius viuit ex hoc q̄ sua dedit. g^o elemosina completi^o habet vim satisfactiōis q̄ oratio vel ieiunium. Et idcirco elemosina inducit^r etiam p scripturam. vt vniuersalis medicina peccati. Lu. xj. date elemosinaz et omnia mūda sunt vobis. et tho. iij. Elemosina ab omni peccato liberat et a morte ⁊ nō facietur aiaz ire i tenebras. **CC** Secūdus effectus seu elemosine fructus est q̄ misericordes p opa misericordie freqz

ter a magnis peccatis resurgūt vñ. **Mat. v.** Beati misericordes qm̄ ⁊. et **Math. xxv.** disceptacō fiet de misericordie opibus que ibi enumerantur. et j. thi. iij. pietas ad omnia valet. dicit glo. ambro. Omnis summa discipline xpiane i misericordia et pietate est q̄ aliquis sequens si carnis lubricuz patit^r sine dubio vapulabit sed nō pibit. Quā autoritatem tho. in iij. di. xlvj. exponens dicit q̄ sic intelligi pōt q̄ in vita ista existentes illi qui ex fragilitate in carnalia peccata incidūt. mortalia seu venialia p opa misericordie ad penitentiā disponunt^r. vnde talis n̄ pibit. idem disponet^r p talia opera ad nō p eundem ad idem est aug. in ex. ist. ad euodiū. vbi refert aug. se a gimadio medico audiuisse. qui gimadius cum iunior esset elemosinas magnas daret. et cū de vita p mortem dubitaret dormientē gimadio apparuit ei iuuenis pulcherim^o et se sequentē duxit ad ciuitatem in qua sonos audiuit ad dexteram supra modū suaves quos cum a iuuenē audisset fore gaudia beatorū euigilauit gimadius. Alia autē nocte iuuenis itez dormienti apprensus q̄ rit an se id ē iuuenē cognoscat. qui respondit q̄ sic. **Et iuuenis p que Rñ.** gimadius p visionē alteri^o noctis. **Et iuuenis nūquid vides me in somno.** Rñ. gimadius q̄ sic. et iuuenis vbi est modo corpus tuuz. Rñ. gimadius in cubiculo meo. **Et iuuenis.** Scis ne in eoz corpusculo ligatos oculos tuos habere et nihil eis mediantibus videre. Rñ. gimadius scio et iuuenis. qui sunt ergo oculi quibus tūc me vides. **Et ille nō inueniens quid responderet.** cōmutua

it. Et iuuenis ait. sicut oculi carnis tue iam me nō vident. sed oculi tue mentis sic post mortem corpe iacente. anima viuūt et oculis mentis vi debis. noli esse ammō incredulus. Qua ex visione om̄is dubitatio a ḡmadio recessit oꝝibus misericordie dicit aug⁹. adiutus. vnde in hiero. dicit nō memi me legisse malū mortuum qui libenter exercuit opa pietatis. habet em̄ multos intercessores. et impossibile est multoꝝ p̄ces nō exaudiri. et leo papa quicquid i opa pietatis expendit nō minuitur sed auget. nec vnq̄ apud deū perire potuit qđ fidelis benignitas erogauit dū qđ cuiq; tribuit id sibi ad p̄m̄ium recōdit. **¶** Tercius effectus elemosine est meritū p̄m̄ij essentialis et accidentalis. et hoc s̄m q̄ magis dat de t̄palibus vel s̄m q̄ ex maiori caritate datur. Vnde dicit Tho. in iij. di. xv. tractando questionē. An pl⁹ mereat de p̄mio et fructu. qui dat multum de t̄palibus. vel an ille qui dat modicum ex magna caritate sic respōdet. Elemosina efficacitā habet ex ip̄o faciente inq̄tum est quoddā opus meritōrium. et ex recipiente inq̄tum obligatur ad orandum pro illo qui elemosinam dedit. Si ergo cōsideret elemosine efficacitā ex p̄te recipientis. sic maior efficacitā in maiori dato cōsistit. Inq̄tum p̄ hoc plures et magis debitores efficiunt. Ex p̄te autē dantis sic respectu p̄m̄ij essentialis efficacitā elemosine magis pensatur ex affectu q̄ ex dato. sed respectu p̄m̄ij accidentalis vtputa remissionis pene. vel alicuius hui⁹ magnificatur efficacitā elemosine ex magnitudi. ne dati. nisi ex altera p̄te in-

tenso voluntatis magnitudini exterioris dati p̄ponderet. potest tū tā intensa esse voluntas. q̄ etiā omnē penam absorbet et reatum sicut dicitur de cōtriciōe. **¶** Et s̄m h^o intelligitur illa glo. sup illud psal. Qui seminat in lacrimis magna inquit voluntas multum dedit. multum seminavit. In hoc voluntate illa vidua que minuta duo misit nō parum seminavit. hec glo. et Tho. Et sup ij. di. iij. di. Actus exterior nihil adiungit ad p̄m̄iū essentialē. tū em̄ meret qui habet p̄fectā voluntatem aliqđ bonū faciendum q̄ tum si faceret illud. ideo vbi supra idem tho. dicit in iij. Null⁹ ab elemosina excusatur. q̄ si pecunia deest obsequiū pōt facere. vel op⁹ misericordie sp̄uale. et si hoc deesset voluntas completa sufficeret. hec tho. Ex p̄dictis patet q̄ elemosina habet tres effectus. de quib⁹ eccl. xix. p̄de pecuniā p̄pter fratrem pone thesauros in p̄ceptis altissimi et proderit tibi magis q̄ aux̄ quo ad primum effectum. quo ad secundū sequitur ibidem. Conclude elemosinā in sinu paupis. et ip̄a pro te orabit. Quo ad tertium dicit ibidem et curabit te ab omni malo. v̄z q̄ hos effectus elemosine potissime diuites negligunt sepe. **¶** Notandum s̄m armicanum sermōe de ephiphania q̄ tria sunt genera hominū habentium diuitias primi qui in vita sua nil post mortem in elemosinam dandum ordinat et in vita modicaz elemosinā aut nullam donant p̄uenti morte. Aut alias p̄pediti citra mortale peccatum. Alij sunt qui in vita nō dant. sed in vita ordinant. vt elemosine post eoz mortē dent.

Tercij sunt qui in vita dant elemosinas. primi sunt desides. Secundi simplices. Tercij prudētes. De primis et tercijs sciendum q̄ vtilius est homini. vt det quis denarium vnum in vita sua q̄ vt totius mūdi diuitie alterius ordinaciōe soluz post ei⁹ mortem dent⁹ p̄ eo elemosina. qz pzo vno denario dato ex caritate in vita. dās meret⁹ vitā eternam vel specialez gradum essencialis ppetui gaudij teste Mat. x. vbi dicit xps. Quicumqz dederit potum vni ex minimis illis calicem aque frigide tm̄ in nomine discipuli. amē dico vobis nō p̄det mercedem suam q̄to ergo magis meret⁹ qui amplius dat in nomine discipuli. i. ex caritate qua quisqz xpi discipulus efficitur p̄ nullū aut bonū datum p̄ eo post mortem alterius dono etiam si daret⁹ mūdus corporeus p̄t defuncto mereri gradus ppetu⁹ gaudij i vita eterna. sed tm̄ diminutio purgatorij aut ei⁹ totalis pene oblatio. Quia s̄m omnes doctores theologie nullus p̄t alteri mereri excepto xpo augmentū gratie. et p̄ consuequēs glorie. sed quilibet solum sibi licet aliquis alteri mereri possit diminucionē pene. de stulticia g⁹ primoz et secundoz licet minoz sic dicit salomon. Eccle. iij. Consideraui et reperi aliam vanitatem sub sole. vnus est et secundū nō habet. non filium. nō fratrem. et tm̄ laborare n̄ cessat. nec faciunt oculi eius diuitijs nec recogitat dicens. cui laboro et defraudo animā meā bonis. De secūdis etiam patet quo animā suā defraudant compando actum donationis denarij in vita et ordinacionis rez post mortē. Nam virt⁹ vt

dicit philo. ij. ethi. Est circa difficile ⁊ regnum celoz vim patit⁹ mat. xj. et math. vij. Intrate p̄ angustaz portam. qz lata porta et spacioza ē via que ducit ad p̄dicionem. ⁊ multi sunt qui intrant eam. Que angusta porta et arza via ē que ducit ad vitam et pauci sunt qui inueniunt eam. **S** Ex quo ptz q̄ etiā meritum exigit actum difficile saltez p̄ pte opis. sed in ordinaciōe tue pecunie dande post mortem nihil est difficile tibi. Quid em̄ pateris cū post mortem primo distribuit⁹ p̄ te quo necessario velis nolis carebis. dacio aut volūtaria vnus denarij i vita saltem aliquam molestiā tibi infert qz amatum tradis. multū ergo aiaz defraudat bonis qui i vita dare potens ordinat. Primo post mortē dādum. Est tm̄ altex meritorij. sed tm̄ longe minus primo. Ratio em̄ heredes propter auaritiā exequunt⁹ fideliter ordinacionē.

T Idendum est nūc qm̄ teneamur dare elemosinaz vel non. Vbi sciendū q̄ dare elemosinā s̄m tho. ij. ij. q. xxxij. aliqñ est p̄ceptū. Aliqñ est cōsiliū. Aliqñ p̄hibitum d̄ quibus tribus videndum erit. **A** Preceptum est. Primo qm̄ primus est cōstitus in vrgente necessitate et piculo vite aut grauius infirmitatis. et iste qui videt nō habet tūc illā necessitatē. sed supfluū quo ad illā necessitatē indigēti tūc dare. et s̄m possibilitatē subuenire isti i sua necessitate in victu ⁊ vestitu cadit sub p̄cepto vt cum quis occurrit in

tali articulo constitutus quod circa eum appareat probabilia signa extreme necessitatis future nisi ei subveniat. si tunc nullus apparet in promptu qui possit aut velit ei subuenire. tu teneris quantum tibi est possibile de tuo dando. aut alium deordinando. quod si negligis peccas mortaliter contra preceptum de dilectione proximi. unde ambrosius. pasce fame morientem si non pauperem occidisti. ita etiam de qualibet alia necessitate intelligendum est. Ideo basilius est panis famelici quem tu tenes tunica nudi quam tu geris. Indigentibus auxilium vel argentum quod possides quo circa tot iniuriarum quid exhibere valeres et addit theodosius. di. xv. obligat preceptum quoniam apparent probabilia signa extreme necessitatis future. nisi ei subveniat. ut cum quis videt aliquos impotentes vel pigros ad subueniendum et pauperem indigentem cibo et potu et alijs vite necessarijs. nec sibi satisfacere posse non est expectanda ultima necessitas. quod forte non posset iuvare natura iam fame vel siti consumpta. dicit enim crisostomus super iohannem. non oportet pauperem vultum deceptorum vocare. Ratio autem dicitur est. quia caritas plus diligit vitam proximi quam omnia bona temporalia etiam decetia statum unde beatus martianus cum indecetia vestitus sui vestivit pauperem. et hoc est preceptum iohannis. baptista. luce iij. Qui habet duas tunicas quod est de necessitate det unam non habenti quod est nature. quod extra paradisum non potest vivere nudus. Videmus etiam bruta naturaliter subuenire pauperibus necessitate unde gallina nutrit alios pullos et catti quidam alienos fetos. sic etiam beatus dominicus necessaria quo ad statum suum

et superflua quo ad personam liberos. et omnem suppellectilem vendidit propter famem pauperum pauperum. Quod quia et epulo non fecit de quo lucas. xvj. Ideo circo sepultus est in inferno. **S**ecundo elemosinam dare est preceptum cum quis habet superflua. duplicia enim sunt temporalia quodam sunt necessaria homini. alia superflua necessaria sunt ad huc duplicia. quodam simpliciter sine quibus homo esse non potest aut vivere. Alia sunt necessaria non simpliciter. sed sine quibus convenienter vita transigi non potest secundum statum et conditionem persone proprie. et aliarum personarum quarum cura ei incumbit. Et tunc que ultra necessaria hec sunt. dicuntur superflua unde quoniam quis talia habet superflua ista secundum arcanum sub precepto tenentur distribuere in elemosinam pauperum. aut in alios pios usus. quod si quis non facit transgreditur mandatum dei et peccat mortaliter. Quod patet quod lucas. xj. dicit christus. quod superest date in elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Et loquitur preceptivum. Ideo christus ad ignem eternum condemnat eos qui esurientes non pauperum et ita de alijs. **M**at. xxv. quod non diceret nisi elemosinam dare caderet sub precepto et non de necessario nisi in casu necessitatis igitur de superfluo. Ideo vult beatus iohannes. in iij. ca. j. ubi non solum affirmat sed etiam probat quod qui in rebus divitiarum superfluarum claudunt viscera pietatis necessitate patientibus peccant mortaliter. quod dicit quod caritas dei non monet in eis eo quod non diligunt proximum opere et veritate sed tantum verbo et lingua. Item probat theodosius. ij. q. lxxj. idem sic ea que sunt iuris humani non possunt derogare iuri naturali vel divino sed secundum naturale

ordinem ex diuina puidencia insti-
tutū. res inferiores sunt ordinate
ad h^o vt ex eis subueniat^r hominū
necessitati et ideo p rerū diuisionē
et appropriacionē de iure humano
pcedentem non impedit^r quin hoīs
necessitati subueniendū sit ex hmōi
rebus. et ideo res quas aliqui sup-
abundanter habēt ex naturali iure
debent^r pauperū sustentaciōi. **¶**
Item de istis qui supflua diuitiarū
congregāt dicit aug^o. li. de decem
cordis. Seruat tibi pater tuus ser-
uas tu filiis tuis. Seruant filij tui
filiis suis. et nullus est seruaturus
pceptum dei. Quare illi non seruas
omnia qui te et alios fecit ex nihilo
neqz em melius cōmittis patrimo-
nium tuū filiis tuis q̄ creatori tuo
hec ille. Vex qz patres dicūt se excu-
sando tpalia se retinere amore filio-
rum. quib^o puidere volunt vbi tñ
auaritia sepe est in causa. Idcirco
subdit augu. Amittit amator suue.
seruator diuitiarum filium suū tunc
vtiqz si propter filium seruabat. mit-
tet post illum patrem suū quare il-
ratio xpi passiois habetur. verbis si-
gnis. et meditaciōibus. hm illud lu-
xxij. hoc facite in meā cōmeracionē
et j. **C**o. xj. **T**ercio fit et acceptat^r
rōe voluntatis ecclesie generalis
militantis. qz ille intelligit^r facere
cuius nomie vel vice fit vt di. dio-
ca. xij. cele. ierarch. **Q**uarto potest
acceptabilius fieri vel fructuosius
sacrificium ratiōe psonalis meriti

offerentis. puta sacerdotis offerē-
 ris. Quinto pōt acceptabilius fieri
 p̄ priuatam p̄sonaz s̄m q̄ deuotius
 perit missam celebrari. p̄mū ex di-
 ctis tam in bonis q̄ in malis sacer-
 dotibus habet locum et efficaciam
Quartū est t̄m in bonis. quintū ac-
 cidit. Vnde s̄m dur̄. r̄ tho. in iij. di-
 xij. eucaristia in missa celebratione
 duos fructus p̄cipaliter habet cō-
 ferre. vnum in quantū eucaristia ē
 sacramentū dat recipienti eaz deuo-
 te maiores vnionem ad x̄pm. fidem
 s̄m caritatem. et alia plura in p̄-
 pria anima recipientis causat. aliis
 habet dare eucaristia vt non ē tan-
 tum sacramentū sed etiā sacrificiū
 q̄dam deo acceptissimū p̄pter p̄fa-
 tas tres causas vel quatuor recita-
 tas et sic habet vim satisfactionis
 ad tollendam penā debitam illi pro
 quo offertur missa a sacerdote siue
 sit p̄ peccato mortale siue veniale
 tam in viuis q̄ in mortuis. Et si q̄-
 ris quantū ergo de pena tollit euca-
 ristia oblatio. R̄n. s̄m dur̄. ibidem
 non semp̄ penam totam tollit. q̄z ef-
 fectus hodiernae oblatiōis finitus ē
 Alias om̄es de purgatorio vna mis-
 sa liberaret sed plus et minus tollit
 s̄m q̄ se extendit deuotio ministri
 offerentis. et virtus sacrificij deo
 soli nota est et reatus s̄m b̄nplaci-
 tum dei et sc̄dm disposiciōē illi⁹ p̄
 quo offertur. **C**redit t̄m anthistod̄.
 q̄ nulla missa celebratur p̄ qua nō
 plures de purgatorio liberent̄. **Q**d
 veritatem dicit habere pe. pa. vbi
 p̄i⁹ sup. iij. Quia quāq̄ multi sunt
 in purgatorio sic dispositi vt cito li-
 berentur. aut q̄ iam diu ibi stete-
 runt aut q̄ pauca purganda habue-
 runt. **E**t notand̄ q̄ quāto hec qua-

tuoꝝ suffragia fiunt ex maiori cari-
 tate. tāto amplius p̄ficiunt s̄m pe-
 de thar. vbi p̄i⁹ f̄ **Q**uantū aut̄
 sacramentū altaris p̄ animabus va-
 leat docet **Gr.** iij. dia. vbi primo
 refert de monacho noīe iustus qui
 in monasterio sancti gre. aliq̄n̄ eiuf-
 dem medicus fuit. tres denarios oc-
 culte habuit quos inuenientes mo-
 nachi. imandatis a beato gre. acce-
 perunt. vt morturo iusto null⁹ ad-
 esset frater et mortuus in sterquili-
 nio sepeliretur. morit⁹ igit⁹ sed pe-
 nitens iustus in sterquilinio sepeli⁹
 xxx. aut̄ die iussit gre. p̄ eo quoti-
 die p̄ xxx. dies missam vnaz celebra-
 ri et. xxx. die iustus apparuit vni d̄
 monachis dicens se aī inchoacōz
 missaz dictarum male habuisse. sed
 postea melius et iam liberatum. **T**
Sec̄do refert de quodā apud hostes
 detento p̄ quo v̄roz certis diebus
 sacrificiū offerri p̄curabat. longo
 aut̄ post t̄pe liberatus innotuit v̄ro
 ri p̄dictis diebus a vinculis fuisse
 solutum q̄n̄ sacrificiū altaris p̄ eo
 fuit oblatum. **T**erc̄o refert de p̄sbite-
 ro qui in riuis id ē tiuis calidissi-
 mis aliquociēs se lauare consuevit.
 vbi frequenter reperit s̄uitorum sibi
 omnia exhibentē q̄ balneatores cō-
 sueverunt. tandē rediens ne ingra-
 tus esset duas tortas id ē panes in
 quibus poterat ḡfici eucaristia ser-
 uitori obtulit qui ingemescens ait.
 manducare nō valeo sed p̄ me que-
 so ḡsecrare digneris celebrādo d̄ns
 em̄ fuit loci huius. et p̄ meis p̄ctis
 hic purgoz. si rediens me non inue-
 neris liberatum crede p̄ ebdomodā
 ergo p̄sbiter quotidie celebrauit r̄
 rediens neminem inuenit. quarto re-
 fert de agathone ep̄o cui nauigati

romani tempeitas nauium maxime
 quassauit. nauta autē eius nauiculā
 in nauī pendentē regere volens tñ
 nauicula fune fracto in mare fere-
 batur die iij. venit episcop⁹ cū qual-
 sata nauī insulam hosticam vbi cele-
 brauit p nauta qz putauit submer-
 sum. repataqz nauī tādē venit ad
 romanum portum. vbi nautam am-
 bulantē videns quesuit quō eua-
 sisset respondit illi. Cum nauicula
 repleta esset aqua ibi mansi. qua es-
 uersa carine supsedī put potuit. cū
 qz post dies. v. fame et labore fun-
 ditus deficerem. vidi quandam mi-
 hi panem prigentē cōfortatus vidi
 nauem transeuntem que me huc ad-
 uerit. Quo intelligit episcop⁹ eādē
 diem fuisse sue celebraciōis. **¶**
¶ Quo ad tertium principale an suf-
 fragia facta p peccatores valeant
 defunctis. Notandū primo s̄m tho.
 vbi prius qz tria sunt que faciunt
 opa viuoz velut cāne quedam ad
 animas defunctorū puenire. Primū
 est caritas vniō. Secundū est faciē-
 tis seu satisfaciētis vniō. Terciu⁹
 est obsecrātis oracio. De priō patz
 qz caritas que est vīnculum vniens
 membra ecclesie nō solum se ad vi-
 uos extendit. sed etiam ad defūctos
 qui i caritate decesserūt. qz caritas
 est vita que p mortem corpis nō fi-
 nitur s̄m illud. i. corin. xij. Caritas
 nunq̄ excidit. Idcirco etiam amicitia
 ⁊ societas diuina inter bonos in
 caritate firmata et fundata p mor-
 tem non desinit sed manet inter vi-
 uos et mortuos in domino et simili-
 ter inter mortuos in domino inter
 se hec caritatis vniō facit aliquo⁹
 omnia cōmunia inter habentes ei⁹ so-
 cietatem. ita vt in patria quilibet

gaudeat de bonis alterius singulis
 et in via quilibet deuorus gaudet
 de singulis vere bonis proximi ⁊ i
 purgatorio quilibet aīa de bonis
 alterius de quibus ponit⁹ articul⁹
 sanctorū cōmunionem. immo pl⁹ ha-
 bens de caritate de bonis certis al-
 teri factis amplius gaudet et gra-
 culatur s̄m interiore cōsolacionem
 et delectaciōem q̄ gaudeat ai⁹ qui
 minorem habet caritatem et cui il-
 lud certum bonum inest. De secūdo
 videlicet de satisfaciētis intencio-
 ne patet. qz mortui i memorijs ho-
 minū viuūt vnde sicut viuus vnus
 p alio i societate civili satisfaciē
 pōt. vt patet in debitoribus sic in
 societate caritatis apud deū vnus
 p intencōem alteri pōt dare bona
 sua satisfactoria. inq̄ tuz talia siue
 sit viuus siue defunctus. De tercio
 videlicet obsecrātis affectiōe seu
 oraciōe. patet qz p viam oracionis
 aliquis alteri interdum impetrat
 primā graciā licet nō mereat⁹ pecca-
 tores deus etiam q̄qz audit. qñ scz
 petūt aliquid deo acceptum. qz de⁹
 non solum iustis sed etiam peccato-
 ribus bona sua puidit vt ptz Mat-
 v. Non ex eoz meritis sed ex sua cle-
 mentia. Ideo sup illo Joh. ix. deus
 peccatores nō exaudit. dicit glo. qz
 cecus loquit⁹ vt nō iniunctus id ē
 vt adhuc nō plene videns. Ad ppo-
 situm ergo dicendū qz suffragia si-
 ue fiant p peccatores etiam secula-
 res siue p iustos valere possunt de-
 functis et si nō p caritatis vniōez
 tñ p impetracionē licet p iustos fa-
 cta plus valeant hanc viam tho. ex-
 p̄sse tenere videt⁹ sup ij. di. xl. q. iij
 vbi oppositam opinionem recitans
 p̄sentem sic approbat. quia inquit.

efficacia suffragioꝝ mensurat^r sed caritatem eius p̄ quo fiunt cū tantum valeāt vniciqꝫ quantum meruit vt sibi valerent. vt Augu. dicit. Deo ab alijs verius dicit q̄ etiam ip̄a opacio sine caritate facta valet ei p̄ quo fit virtute caritatis eius et nō opantis. hec ibi. nec in quarto oppositum videt^r tenere. Con. i. vil. in rōnali. diu. **¶** Et pe. pa. vbi prius ponit quatuor gradus valoris suffragioꝝ et opm bonoꝝ. Primus est q̄ maxime valet suffragiū boni factū p̄ bono. qz omnib⁹ mōis tribus p̄dictis pōt valere. Secūd⁹ minus valet licet valeat boni p̄ malo viuo. qz p̄ modū frequētis imptacōis. Terc⁹ mali p̄ bono. Quartus mali valet p̄ malo. qz deus peccatores nō exaudit. id ē sicut iustos sed sicut petentes id qd est cōforme diuine voluntati. Ex p̄dictis etiam patet responsio ad aliud dubiū quod querit^r vtz suffragia facta p̄ multis omnib⁹ p̄sint equaliter. R̄ndet^r primo q̄ suffragiū factum p̄ multis tm̄ valet quo ad gaudium cui libet in purgatorio quantum si p̄ quo libet fieret. Et eadem rōne valz etiā p̄ istis animabus p̄ quibus non fit patet ex primo modo qz caritas h̄m apolto. nō querit que sua sunt idem h̄m augu. nō ppria cōmunibus sed cōmunia pprijs anteponit. vnde sicut religiosus bene dispositus plus gaudet de legato facto cōmunitati q̄ de legato sibi in speciali. sic est in purgatorio quo ad cōgratulationē. Secūdo dico q̄ suffragiū factum pro multis n̄ tm̄ valet singulis quo ad liberaciōem a pena. quantum valeat si fieret p̄ vno vel paucis ex intencōe dirigentis. patet qz opus sa-

tis factoriū est finite efficacite in satisfactiōe. et quanto plurib⁹ con- diuidit^r. tanto minus singulis cedit et est simile in pollicia humana. Si em̄ quinqz sunt in carcere quoz qui libet tenet^r quinqz florenos si ex p̄ te omniū soluo v. florenos nō liberant^r in toto sed solum in vno. quia adhuc quilibet tenet^r. iiii. sed si. v. florenos darem p̄ vno ille plene liberaret^r. sic etiam est de incarcerationis in purgatorio. **¶** Dubitat^r adhuc vtz tm̄ valeāt suffragia successiue cōtinuata quantum simul facta. vt xxx. misse per dies xxx. dicte. Et sic de elemosina. c. florenoz per vnā diem datoꝝ q̄tum si anniuersarium pcuraret^r. et sic de alijs. R̄nd. pe. de pa. tm̄ vel plus valet quo ad meritum instituentis qz magis est ad honorem dei cōtinuatio talium anniuersarioꝝ. Et hoc cōsiderans ecclesia sic instituat anniuersaria tricesimos et septuagesimos et h̄mōi sed quo ad celeriorē liberaciōem a purgatorio. et cicius videndū denz plus valet accelerata multiplicatio qz sacramētū in pposito habitū si ē suffragiū altaris nūq̄ tm̄ valz ex ope opato sicut actu habitum. Et forte aia nō erit tam diu i purgatorio quousqz vltimū suffragiū per anniuersariū fiet. vnde vtrunqz est laudabile et pōt ex fonte caritatis manare ita vt cōtinuans suffragiū diuine laudis cōtinuaciōem querat et simul faciens cicius velit eum liberari vt statim do furat^r et ne diu cruciatur zc.

Nunc octauum preceptum sic ponitur exo. xx. et deu. v. non loquaris contra primum tuum falsum testimonium hic secundum aug. noie falsi testimonij contra primum dati intelligitur prohiberi omne in generali mendacium saltem periculosum quod etiam innuit textus leui. xix. d. non menciemini nec decipiat unusquisque primum suum. de quo etiam intelligitur illud sapi. j. os quod mentitur occidit animam. et psal. pdes omnes qui loquuntur mendacium imo secundum thom. ij. ij. q. cxxij. hic prohibentur omnia peccata ad locutionem pertinentia quibus saltem infertur nocumentum primo ut mendacia perniciosa detractiones blasphemie et huiusmodi. De mendacio igitur tria principaliter sunt videnda Primo quid sit et quottuplex mendacium sit. et an omne mendacium sit peccatum. secundo in specialibus quod modis quis peccat menciendo. tertio quoniam sit mortale vel veniale peccatum. **¶** **¶** Quatum ad primum notandum quod ad mendacium secundum thom. et doct. communiter in ij. d. xxxviii. duo requiruntur. primo falsa significatio. secunda intentio fallendi. et accipitur intentio fallendi per intentionem alium decipiendi aut sibi asserendi falsum quod dicitur propter mendacium iocosum ubi non est semper intentio decipiendi alium. et falsam sibi opinionem generandi. put quibusdam videtur. Ex quo patet quod differencia est inter mentiri et inter dicere mendacium. ad hoc enim quod aliquis dicat mendacium duo predicta requiruntur. sed ad hoc quod quis menciatur sufficit secundum scilicet quod intendat decipere. quia mentiri est contra mentem ire stat enim quod quis aliquid verum quod credit

esse falsum dicat cum intentione alium decipiendi tunc dicit contra mentem et tamen non dicit mendacium. cum sua assertio non sit falsa. Exempli gratia poito princeps non sit vienne et quis credens eum esse dicat. volendo alium decipere. princeps non est vienna. talis mentitur. quia loquitur contra mentem. et tamen verum dicit. simile est si quis dicit de re vendibili quod credit malum quod sit bona. cum in reueritate sit bona. **¶** Secundo patet ex predictis quod omnis qui dicit mendacium mentitur. sed non e converso. patet tertio quod dicens falsum quod credit esse verum nec mentitur. nec loquitur mendacium ut dicitur aug. **¶** Cum non habeat duplex cor nec decipere intendat exemplum aug. si alicui gladium committitur et dicat se redditurum cum ille qui committit poposcerit. si forte gladium repetat furens manifestum est tunc non esse redditurum donec restituatur sanitas non enim in ista promissione duplex cor habebat in promittenti. **¶** Secundo notandum quod mendacium fit non solum per verba sed per facta scripta. nutus et signa ut dicitur in iococratis et de religiosis falsis signis. primum mendacium in genere sic diffinitur. Est falsa significatio cum intentione fallendi. siue ergo homo significet falsum voce. scripto. manu lingua signo. vel veste. et si hoc facit cum intentione fallendi. aut falsum asserendi semper est mendacium. vocale autem mendacium sic diffinitur. Est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. **¶** Tertio notandum quod nullum mendacium potest fieri sine peccato patet. eccle. vij. Noli velle mentiri omne mendacium assiduitas enim illius non est bona. ad idem est aug. li. contra mendacium dicens. mendaciorum

multa sunt genera. sed ea vniuersa
liter odisse debemus. nullū em̄ est
mendaciū qđ non sit cōtrarium ve-
ritati. Nam sicut lux et tenebre pie-
tas et impietas. peccatū et recte fa-
ctum. vita et mors. inter se gtraria
sunt. Ita inter se sunt veritas et mē-
daciū cōtraria. vnde quāto ama-
mus illam tanto istā odisse debem⁹
vnde pla. in thimo. voces imposte
sunt. vt p̄sto fiant volūtatis indicia
sed mēciens cōtrariū facit. et phil.
iij. ethi. dicit qđ mendaciū s̄m se
malū est et fugiendū. vnz aut̄ bo-
num est et laudabile. Et rō est qua-
re omne mendaciū est peccatū quia
cadit sub indebitā materiā maxime
vocale et includit actum et circum-
stantias ip̄m actū necessario defor-
mantes. sicut est de furto et adulte-
rio. et ceteris hmōi cōuolutis cum
malicia. vt dicit philoso. ij. ethi. vo-
ces nanqz institute sunt ad signifi-
candum alijs mentis cōceptū. vnde
indebitū est et contra vocis institu-
tionem qđ quis significet qđ nō hēt
in mente. Secūdo omne mendaciū
et sua rōne dicit intencidē malam
s̄z intencidē decipiendi. et huius-
modi impossibile est esse bonum.
¶ Quo ad secūdū principale no-
tandum qđ s̄m augu. li. de mendacō
vii. sunt genera mendacioꝝ. Sco-
tamē subdiuidit quētū in duo. Pri-
mum vocat⁹ mendaciū in doctrina
religionis s̄z cum quis cū intencio-
ne fallendi significat aliqđ falsum
cōtraria his q̄ fidei sunt aut sacre-
scripture. aut etiam cōtrariū his q̄
p̄tinent ad bonos et xp̄ianos mores
Secūdum genus mendacij est qđ fit
solum ad nocēdū alteri iniuste siue
in corpe siue in rebus. siue in fama

siue etiam in aia. et vocat⁹ mendaci-
um qđ nulli prodest et alicui nocet.
Tercium est qđ fit in p̄fatis bonis
ad nocementū vnius p̄pter utilita-
tem alterius. Et vocat⁹ mendaciū
qđ p̄dest vni et nocet alteri. Et hec
triplicia mendacia cōphendunt⁹
sub mendacio p̄ncioso. Quartū vo-
catur mendaciū qđ fit ex sola libi-
dine menciendi. vt cum quis menti-
tur solum qm̄ placet sibi. et delecta-
tur atqz gaudet in menciēdo. Quin-
tum vocatur iocosum et est duplex.
s̄m Sco. Primū qđ fit solum causa
delectandi alios sicut narzare fabu-
las de quibus etiam audiētes sciūt
qđ nō est vnz. nec decipiuntur audi-
entes vt plurimū cum etiam sermo
p̄ferentis nō sit talis qđ natus sit
credi ab audientib⁹ aliud qđ fit cau-
sa ioci. s̄m Augu. vbi supra. vt cum
quis iocando intendit alium decipe-
re ita qđ audientes vere decipiantur.
non tñ in aliquo in quo sibi magnū
nocementum inferatur. in quo iocā-
tur illi qui sciunt eum decipi et fina-
liter potest etiam ip̄e de hoc iocari
quemadmodū dicit Augu. fuisse de-
mendacio ioseph qui veraciter vo-
luit decipere fratres suos in verbis
istis. exploratores estis et ceteris
similibus positis. Gñ. xliij. Sextum
est qđ nulli obest id est nulli alteri
a se. et tñ alicui p̄dest et hoc in r̄pa-
libus rebus. Exem. lificat augu. ve-
lut si quispiam alicuius pecuniam
iniuste auferendam sciat vbi sit se-
nescire menciatur quocunqz interro-
gante. Septimū est qđ nulli obest
sed alicui p̄dest in corpe qz p̄ ipsum
impeditur alicui⁹ mors aut alia le-
sio corporalis. Exem. lum augusti.
velut nolens hominem ad mortem.

quesitum p̄dere menciatur. Octauū qđ nulli obest et alicui p̄dest ad defensionē et custodiā castitatis. p̄ia tria dicunt̄ p̄niciosa mendacia que videlicet nocent vel sunt nociua ex se cui mentioꝝ vel de quo mentioꝝ. alia tria iocosa que nulli p̄sunt notabiliter nec obsunt sed tria vlcima officiosa qz vtilitatis gratia fiunt et p̄sunt alicui et nulli obsunt. **¶** Quantū ad terciū p̄ncipale notandū p̄mo dictū aug. li. de mendacio vbi sic dicit. In his octo generibus tantominus quisqz peccat cum mentit̄. quāto menciēdo accedit ad octauū et tanto ampli⁹ quanto menciēdo accedit ad p̄mū. hec ille. Et tho. ij. ij. q. cx. dicit. Si quis diligenter s̄m ordinem p̄dicte annumeraciōis p̄ octenariū sciet ordines grauitatis culpe que est in istis mendacijs. Nam bonū vtile p̄fert̄ delectabili. et vita corp̄alis p̄fertur pecunie. honestas etiā ip̄i corp̄ali vite. Vnde sc̄do notandū s̄m eundem qđ omne mendaciū de quocūqz genere mendacioꝝ sit qđ d̄r in dei iuriam et inhonoraciōem aut cōtemp̄tū est mortale ita qđ p̄pter hoc dicitur nō solū vt quis decipiat̄. s̄ vltra hoc d̄r ea intenciōe et ad istum finē vt deus p̄ hoc inhonoret̄ quia illud est directē cōtra dei caritatem. **¶** P̄mū vero genus viij mendacioꝝ inter cetera est grauissimū. vñ omne mendaciū de p̄mo genere est mortale peccatū. qz quodlibet tale contrariat̄ caritati dei. nam vcluntarie falsum significare cum intenciōe fallēdi aliquē circa res diuinas aut circa materiā fidei est cōtra caritatem dei eo qđ p̄ tale mendaciū menciens occultat diuinā veritatē aut

corruptit. **¶** Vnde aug. vbi p̄ius. p̄mū genus est capitale mendacium. secundū genus v. delictū qđ nulli p̄dest et alicui obest. grauius est qđ terciū. qz terciū minuit d̄ grauitate. ex hoc qđ damno vni⁹ intenditur vtilitas alterius. tamē mendacia secūdi et terciij generum i quibus videlicet quis intendit alteri nocere in rebus corpe vel fama sūt etiam mortalia p̄pter istum maluz finem intentū. sunt em̄ cōtra caritatem p̄mi. qz sicut nocere alteri in aliquo illoꝝ est cōtra p̄cepta dei. et mortale peccatum. vt patuit in vij p̄cepto. Ita etiam vel se sibi nocere vel mentiri p̄pter sibi nocere ē mortale. Idem intelligit̄ de mendacio quo quis intendit alteri nocere in anima vt p̄ mendaciū inducere eum possit ad aliqđ mortale peccatū aut ad errorem in fide. aut vult eum p̄ hoc impedire in adquisiciōe alicui⁹ scientie vtilis et bone. aut impedire eum vult in emēdaciōe moꝝ aut retrahit eum ab introitu religiōis bone. aut a cōuersione p̄ penitentiā et sic de alijs semp̄ est peccatū mortale qz multo magis fit damnum in his sp̄ualibus qđ in damnificaciōe rez aut bonoꝝ corp̄is. qz aia est melior corpe et rebus. vnde Scot⁹. in iij. di. mendaciū p̄niciosum s̄m qđ plus vel minus nocet cōpensatur ex bono cuius est ablatiuum s̄m hō pensatur magis aut minus graue mendacium. et vltra omne tale mendaciū ex deliberaciōe dictum ē mortale peccatum. cuiusqz em̄ prohibet̄ simpliciter illo p̄cepto nō dices gtra p̄m tuū falsum testimoniū nec p̄cise ē testimoniū qđ dat̄ i iudi

cio. sed qñ quis ex certa deliberacione asserit qđ ignorat. vel cuius no-
uit oppositū dicit falsū testimoniū
um gtra primū. vtz aut indelibe-
ratio excuset dicet. ca. sequēti de p-
iurio. hec ille. **Con. vii. h.** in summa
vicioꝝ dicēs qđ tres prime species
sunt peccata mortalia si ex dilebera-
cione dicant. **¶** **S**cdō ergo ⁊ ter-
cio genere menciēs n̄ solum peccat
cōtra hoc p̄cep. viij. sed etiā si dam-
nū intulit sic primo tenet sibi illō
recōpensare. de istis mēdacijs intel-
ligit illud ps̄. perdes omēs qui lo-
quunt mēdaciū **Sap. j.** Os qđ mē-
tit occidit aīam. mendacia vero ali-
ozum quinqz genēz nō sunt de se et
de suo genere mortalia peccata sed
solum venialia eo qđ nō fiūt ppter
finem aliquem qui cōtrariet car-
itati dei aut primi vt pꝛ de mēdo-
so vbi intendit p̄pria delectacio ⁊
de iocoso vbi intendit. aut alioꝝum
leuis delectacio aut iocus aliquis
et de officioso in quo intendit ali-
qua vtilitas p̄rimoz. Quāuis autē
s̄m Augu. vbi prius hmōi quinqz
mendacia nō sunt mortalia de se et
ex suo genere qñ in eis nō intendit
finis qui sunt cōtra caritatē. p̄nt tñ
s̄m tho. vbi prius et sco. in iij. fieri
mortalia p accidens rōne scandali.
aut alicui⁹ damni. aut alteri⁹ talis
nati sequi vt dum quis suo mēdacō
nō intendit malū. attñ est verisimi-
le qđ ex mendacio suo oriatur scan-
dalū etiā pusilloꝝ. aut notabile dā-
num primo et tñ ppter vitandum
hmōi scandalū aut primi damnum
nō vult mendaciū obmittere. **¶** Item
pōt fieri mortale rōne libidinis. vt
cum hō suam aut alteri⁹ delectacio-
nem qđ habet aut intendit in men-

dacio p̄ponit dilectiōi dei aut man-
dato eius. ita qđ anteq̄ velit ista d-
siderata delectaciōi mendacio care-
re parat⁹ est potius facere contra
dei mandatū. Et ita pōt intelligi il-
lud Augu. Nullum p̄ctm̄ est adeo
veniale qđ nō fiat mortale si placet
¶ **I**tem quis mendaciū ioco-
sum et officiosum de se nō sunt mor-
talia. nec viris imp̄fectis. nec etiaz
s̄m tho. p̄fectis qui sunt in statu p-
fectiōis acquirende vt religio si sūt
nisi forte rōe scandali. tñ s̄m sco.
vbi prius sunt mortalia vtraqz men-
dacia viris ex̄tibus in statu p̄fecti-
onis exercēde. **¶** In exercendo actus
qui cōpetunt eis rōe talis status p-
fectiōis puta docere. iudicare p̄dica-
re. **¶** Rō est qđ p vtraqz mendacia au-
fert bonitas doctrine quā p̄dicant
¶ Juxta illud Aug. in epistola funda-
menti. si ad scripturas sacras admir-
ta fuerit quātūcūqz iocosa mēdacia
nihil remanet in eis soliditatis pu-
ta si platus p̄dicet et misceat mēda-
ciū iocosum nihil remanet solida-
tis in doctrina illa pōt em̄ quicūqz
dubitare de quocūqz dicto ab eo si-
cut de alio. vel qua rōe nō assentire
illi mēdacio iocoso pari rōe nec alij
Et ita periret auctoritas doctoz ec-
clesie in docendo p̄irent etiā vtilita-
tes populi audietes. q̄similiter i iu-
dicio solenni. ⁊ intelligo ita qđ non
p̄cipiat illud mēdaciū esse dictū se-
orsū ab actu docēdi vel iudicādi dū
em̄ aliquis sedet ad iudiciū p̄t aliq̄
trufam admiscere qđ ex mō loquēdi
scit n̄ eē d iudicio. hec sco. ⁊ sic pꝛz
q̄tū piculū sit platis ⁊ p̄fatis viris
in statu p̄fectiōis exercēde qñ exer-
cēt act⁹ talis stat⁹ p̄fectiōis vt sūt p̄-
dicare iudicare docere publi. p̄tūc

mētiri iocose vel officiose quia plures doctores cōcedunt q̄ sint mortalia. et videtur idem tenere sanctus tho. vbi p̄ri^o. Cum em̄ vt dicit ponant^r in statu veritatis seruāde q̄ veritatē tenēt ex suo officio in iudicio vel i doctrina ḡtra q̄ si mēciatur erit p̄ctm̄ mortale alijs autē nō optet. hec tho. di. tñ pe. depa. super. iij. di. xxvij. Mentiri in iudicō cōsciētie. i. in cōfessōe sacramentali semp̄ est mortale sicut et piuriū delibēratū p̄pter dei irreuerentiā annexam. Nō sic autē in foro exteriori simplex mendaciū est p̄ctm̄ mortale nisi qñ ledit primū vt si aduocatus ad vanā gloriā falso inducat legez ad verā cōclusiōem hec ille. **E**st autē omne mēdaciū quicq̄ de causis detestandū. Primo q̄ origo eius est diabolica. vnde gen. iij. nequaquā mori emini. Jo. viij. dū loquit^r sc̄z d̄mon mendaciū. ex p̄p̄ijs loquitur. q̄ mendax est et pater ei⁹. et ibidē vos ex p̄re diabolo estis. et desideria p̄ris vestri vultis facere. Sc̄do q̄ inquinat memb̄z qd̄ maiori decētia esset dignū sc̄z os. puer. xij. ab hominatio est dño labia mendacia. **E**xēplū de habēte os plenū muscis fetidus. Tercio q̄ ois mendax quasi quidā pditor est vult em̄ q̄ ille cui mentit^r fidem sibi adhibeat. et tñ fidem nō seruat ei. imo vult decipere vt patz in rōe mētiri qd̄ ē cōtra mētem ire. Quarto q̄ valde nocuum est tori ecc̄ie. facit em̄ vt vix alicui fides adhibeat^r. vñ p̄pter mēdacia multiplicant^r piuria. diffidentie lites. et hm̄di. vñ de mendacib⁹. Je. ix. sagitta vulnerās lingua eoz̄ dolū locuta est. Quinto q̄ ei⁹ vitacio oraciōez cito facit exaudiri exē-

plū in vitaspaz̄ vbi fraerib⁹ angelico misterio trāslatis p̄ fluiuiuz ad quendā herimitantē ab eo querentibus de eius vita. Rñ. a tpe guerho nis nunq̄ de ore meo mendaciū exiuit et quicquid pecij a dño. sine mora cōsecut^r sum.

Quo inde videnda sunt tria principaliter. primo de peccatis oris i quib⁹ quis facilliter mentitur vel semp̄. Sc̄do de mendacio in ope vel gestu. Tercio dubiū de p̄p̄tate. **¶** Quātū ad primū potest quis mendaciū incurzere p̄missio. iactantia et adulaciōe lingue. p̄rio p̄missiōe. vnde s̄m tho. ij. ij. q. cx. Si ille qui aliquid p̄mittit nō habeat animū faciendi qd̄ p̄mittit mentit^r. si vero habeat nō mentit^r. quia nō loquit^r cōtra id qd̄ gerit in mente. si vero nō facit qd̄ p̄misit tūc videt^r infideliter agere. p̄ hoc q̄ aim mutat. p̄t tñ exculari ex duob⁹. vno modo si p̄misit id qd̄ est manifeste illicitum q̄ p̄mittēdo peccauit. mutando autē p̄positū bene facit. alio nō si sint mutata cōdiciōes p̄sonaz et negocia ad hoc ei q̄ homo teneatur facere qd̄ p̄misit di. sene. li. de beneficijs requirit^r q̄ om̄ia imutata p̄maneant. vnde et aposto. nō est menticus nō implens qd̄ p̄misit cuz non iuit. Cor. ij. Cor. j. et hoc propter impedimenta que supuenerunt hec tho. **¶** Et vident^r in p̄missio simplici multe cōdiciōes intelligi. sicut et s̄m hosti. in simplici iuramento nā qñ iuro qd̄ faciam intelligitur si deo placuerit. si pape vel

flato placuerit vel nō displicuerit
 si res in eodē statu pmāserit vñ si
 apud me dponis gladiū ⁊ tibi pmit
 to restituere si postea furaris res i
 alio statu ē. **I**te si mihi fidē huaue
 ris nō seruāci em fidē nō optet fidē
 seruari. vñ si nō facis mihi qd pmi
 sisti. nō tibi teneor et deiu. iura. p
 uenit. **I**te si supior nō gtradixerit.
Ite si facultas seu possibilitas seu
 obrulerit vñ excuset necessitas vel
 impossibilitas tñ nō potēs soluere
 pri⁹ bz bonis cedere vel cū alio pro
 posse gcordare videlicz cū illo cui
 obligat⁹. **C** **S**edō mētir⁹ quis ia
 ctancia de qua vide in tercia specie
 supbie. p̄c. j. c. iij. **A**. **I**actator autē
 vt dī. phi. iij. ethi. fingit de se ma
 iora exñtib⁹ qñqz nullius grā. qñqz
 aut grā glorie vel honoris. qñz aut
 grā argenti vñ tho. ij. ij. q. c. ij. dic.
Iactācia pprie importare videtur
 qd hō verbis se extollat illa em que
 hō longe vult iactare i altū eleuat
 tūc aut quis pprie se extollit qñ de
 se supra se aliquid dicit. **Q**d quidem
 gtingit dupliciter. qñqz em lo
 quitur de se nō quidē supra illud qd in
 se est. sed supra illud qd de eo hoies
 opinant⁹. **Q**d apo. refugiens dic. ij.
 cor. xij. p̄cor ne quis existimet me
 supra id qd videt i me aut audit ex
 me alio mō quis p verba se extollit
 loquēs de se aliquid supra illd qd i
 se est h̄m reueritatē. et vtroqz mō
 dī iactācia. p̄rio mō tñ magis pprie
 et opponit⁹ iactācia veritati. **Q**uā
 do aut sit iactācia peccatū mortale
 ⁊ qñ nō dicit ibidē. dupliciter iactā
 cia cōsiderari pōt. vno^o h̄m se put
 est mendaciū qdā. et sic ē qñqz mor
 tale p̄tm qñqz veniale. mortale quā
 dē qñ quis iactāter de se pfert qd ē

cōtra gloriā dei. sicut ex p̄sona tiri
 regis dī. Ezechi. xxviii. **E**leuatū est
 cor tuū. et dixisti de⁹ ego sum. vel ē
 q̄ cari. atē p̄mi sicut cū aliquis ia
 ctādo seipm prumpit in cōnmeias
 alioz. sicut hēt⁹ **L**u. xviii. de phari
 seo qui dixit nō sum sicut ceteri ho
 minū raptor es adulteri iniusti. ve
 lut etiā hic publican⁹. **Q**ñqz vero ē
 p̄tm veniale qñ scz quis d se iactat
 que neqz sunt gtra deū. nec gtra p
 rimū. **A**lio mō p̄t gsiderari h̄m suā
 cāz scz supbiā vel appetitū lucrī aut
 inanis glorie et sic si pcedat ex sup
 bia vel inani gloria q̄ si sit peccatuz
 mortale tūc ipa iactācia erit pecca
 tū mortale. alioquin erit p̄tm ve
 niale. sed si quis prūpit in iactācia
 p̄pter appetitū lucrī. hoc videt⁹ iā
 p̄tinere ad p̄mi deceptiōez et dā
 num. **E**t iō talis iactācia magis ē
 peccatū mortale. vñ dicit phil. iij.
 ethi. qd turpior est qui se iactat cā
 lucrī q̄ qui se iactat cā glorie vel
 honoris. nō est tñ mortale peccatuz
 semp qz posset esse tale lucrū ex quo
 alius nō damnificaret⁹. **T**er
 cio quidā menciunt⁹ adulaciōe. **E**st
 aut vt quidam ait adulacio p̄uersa
 laudatio. vnde nomen laudaciōis ⁊
 adulaciōis eisdem literis cōstat. sed
 nō eodem mō ordinatis. **A**lexan. de
 hal. in su. dicit. **A**dulacio sic descri
 bitur. **E**st peccatū ex sermone vane
 laudis alteri exhibitū intenciōe pla
 cendi. **D**ubitat⁹ qñ adulatio sit pec
 catum mortale vel non. **R**ñde. idē
 ibidem. **Q**uedam adulatio est q̄ fit
 in fouendo peccatorem in peccato
 hec est mortale peccatū. **Q**uedā ve
 ro fit intenciōe vt p̄sit alicui et nul
 li obsit. et hec est veniale peccatum
Quedā vero est. ue fit ex sola intē

ciōe placendi. nō vt p̄sit vel oblit. ⁊ hec aliqñ veniale peccatū est aliqñ mortale. Qñ em̄ fit ex animi leuitate veniale est. qñ vero fit ex cōsuetudine ducēre in cōtemptū et libidinem mortale tūc est mortale hec ille. Hoc viciū x̄ps maxime fugit vñ glo. sup illo Math. xxi. relictis illis abijt foras extra ciuitatē qz paup̄ erat nulli adulatus. nullum in tāta ciuitate iuenit hospite. s; ap̄d lazarē receptus est. et apo. j. Thessa. ij. ne qz aliqñ fuimus in sermōe adulacionis sicut vos scitis. nec occasione auaricie de⁹ testis ē. **E**st autē adulaciōis viciū detestādū multipliciter. Primo qz adulator nutrit est diaboli lactans diaboli filios lacte adulaciōis. Tre. iij. lamie nudaauerūt māmas lactauerūt cattulos suos. lamia em̄ dicitur quasi lania suis fetibus crudelior. qz eos laniat quos videt lactare sic adulator quē mulcet laudādo in p̄ctō laniat in p̄nacia. Secūdo est locusta q̄ estate prosperitatil canit ⁊ ieme aduersitatil silet. Eccle. xiiij. diues locutus est ⁊ om̄es tacuerūt. et verbū eius vsqz ad nubes p̄ducūt. paup̄ locutus est et dicent quis est hic. Tercio sunt adultores sirene. s; m̄ Boe. vsqz ad exterminū dulces voces sed obstructis auribus fugiēde. Quarto sunt lotozes cap̄itum p̄ oleū. psal. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. oleum autē peccatoris nō impinguet caput meū. Quinto sunt sacerdotes diaboli homies viuos sepeliētes. vñ Tre. sup illo math. viii. dimitte mortuos suos. mortui mortuos sepeliūt. cum peccator peccatorē onere adulaciōis p̄mit. p̄pter illa x̄ps ait. luc. vi. ve vobis cū

benedixerint vobis hoies. glo. maḡ ps pene que est peccatori sua scelerata nō argui. sed insup quasi bene gesta laudari. et sup illud psal. Deus in adiutoriuū meū intēde dicit aug. plus nocet lingua adulatoris q̄ manus p̄secutoris. Isa. iij. popule meus qui te beatū dicūt ip̄i te decipiunt. **D**ubitat⁹ quale remediū sit adhibendū adulaciōi. **R̄n̄.** Alex. vbi prius. qz triplex sp̄aliter vnuz intra. pp̄rie fragilitatis cōsideracō que hominē p̄fecte humiliat. vnde Tren. iij. ego vir videns paup̄ratez meam et mich. vi humiliacio tua in medio tui. alia duo sunt extra. vnuz est ex p̄te iusti homis et dicitur fidelis ⁊ discreta correctio. vñ sup illud ps. Oleū autē peccatoris nō impinguet caput meū. glo. sustinet fidelis argui a viro iusto in misericordia et nō laudari a peccatore. aliud est ex p̄te peccatoris scz detractio que est remediū. nō p̄ causam sed p̄ occasio nem. vñ grego. Sciendū qz ne imoderatis laudibus eleuemur plerūqz miro rectoris nostri moderamine detractiōibus lacerari p̄mittimur vt qd̄ vox laudātis eleuat lingua strahentis humiliet. **Q**uo ad. ij. principale scz de simulaciōe notādū qz differūt simulacio et ipocrisis sicut supius et inferi⁹. simulaciō est pp̄rie mendaciū qd̄ in exterioribus signis factoris cōsistit. vt dicit Iho. ij. ij. q. ex. n̄ autē refert vtz aliquis mēciat⁹ verbo vel quocūqz alio facto. simulacio tñ largi⁹ capit⁹ sepe pro quacūqz fictiōe. sed ipocrisis est non quecūqz simulacio. sed solum illa qua quis simulat personam alterius. sicut cum peccator assumulat p̄sonaz iusti. de hoc habes quez

dam. primo p̄cepto ipocrisi. de simu-
laciōe igit̄ di. sco. in. iij. di. xxxviii.
aliquis p̄t simulare p̄ argumēta p̄-
babilia assumendo aliqua bona sibi
inesse q̄ nō insunt puta p̄ genuflexi-
ones et adoraciōes deuociōez sibi i-
esse qua nō inest. et talis simulacio
est ipocrisis et p̄ctm̄. aliquis p̄t eti-
am simulare mala nō inesse vel ostē-
dendo signa opposita his q̄ gsueuit
vel opposita malis vel nō ostēdendo
signa que cōmūter consueuerūt se-
qui illa mala et primū istoz videt̄
p̄tinere ad ipocrisim. puta si quis lu-
ruiosus audiēs de mulierib⁹ spuat
in signū castitatis execrans ⁊ tñ ha-
beat oppositū in corde. Scdm̄ non
est malū aliqd̄ immo si p̄t esse i ma-
lo est laudabile qz vitupabile ē pub-
licare eo mō quo sz de quibusdā qz
p̄ctm̄ suū publicauerūt et nō tacue-
rūt et si malū sit in corde interi⁹ tñ
addere malū signū exteri⁹ ē addere
malū malo. In differētibus aut̄ ali-
quis p̄t aliqua facere q̄ ex natura
sui sunt signa alicui⁹. aliquis ei p̄t
facere alia q̄ nō sunt signa ex natu-
ra sui sed scit ea cōcipi a p̄tib⁹ tan-
quā signa puta ex natura rei fucare
est signū fatigaciōis vel alic⁹ reso-
luciōis corporalis spumare aut̄ qz sa-
liua currat p̄ barbam nō est ex natu-
ra signū insanie mentis p̄t em̄ com-
pos mentis emittere saliuā vt cur-
rat p̄ barbam tñ a circūstantib⁹ p̄t
aliquis scire hoc iudicandū sicut si-
gnū furie. puta qz illa cōsueuerūt si-
gna esse furiosoz in terra illa. vni-
uersaliter ergo de simulaciōib⁹ pri-
ma ⁊ secūda dico. qz sunt p̄ctā ⁊ fre-
quēter mortalia. qz ipocrisis ⁊ simu-
lacio. tertia dūmodo malū nō cōco-
micet̄ est laudabilis ita qz hō non

ostēdat vnū malū p̄ aliud malū. et
in differētib⁹ simulacio p̄ria si esset
in aliquib⁹ esset forte mala sed non
grauiter puta si quis posset se face-
re sudare licet nō laborasset. qz ad-
modū quidā ioculatores vtunt̄ cor-
porib⁹ suis ad aliquos motus signi-
ficātes alias disposiciōes que nō in-
sunt eis nec p̄cesserūt simulacō alia
que est scda in indifferētibus nec
peccatū est ⁊ talis fuit simulacō da-
uid. j. Re. xxij. hec sco. **¶** Cir-
ca terciū principale quid sit facien-
dū in tali casu et similib⁹ aliquis q̄-
rit̄ ad mortem quē abscondit p̄fect⁹
vir veniūt appitores et querūt ab
abscondēte vbi sit latitās. aut rñdet
ibi. et tūc erit p̄ditoz. aut rñdet se
nescire et sic mentit̄ aut tacet et sic
p̄dere videt̄. ergo est p̄plexus. res-
pōdet altithodoren. debet deludere
appitores sicut dicebat p̄positinus
sic dicēdo Creditis qz si ipse esset hic
ego dicerē vobis. vel debet rñdere
sicut rñdit ille sanct⁹ ep̄us de quo
exemplū ponit beatus aug⁹. li. g. tra-
mendaciū qui abscondit quendā mise-
rū qui querebat̄ ad mortē et dū ab
ip̄o epo quererēt appitores vbi ille
esset. Rñ. nec possuz mētiri nec pos-
sum esse p̄ditoz.

Que falsitate hactenus di-
ctū est s̄ mō de testifica-
ciōe vidēda sūt tria p̄rio-
in quib⁹ cāib⁹ quis tene-
tur testificari. Scdo an falsuz testi-
moniū s̄ sit mortale p̄ctm̄. Tercio
quō quis testificādo vel alias asse-
rendo possit iurare et que scire de-
beat qui iurat testificādo **A**

Quo ad primū notat Tho. ij. ij. q. lxx. in testimonio ferendo distinguendum est. qz aliqn̄ requirit̄ testimoniū alicuius aliqn̄ nō requirit̄. si requiritur testimoniū subditi auctoritate superioris cui in his que ad iusticiam p̄tinent obedire tenetur ⁊ tūc nō est dubium quin testimoniū teneatur ferre in his in quib⁹ s̄m ordinem iuris testimonium ab eo exigitur. puta in manifestis et in his de quibus infamia p̄cessit si aut̄ ab eo exigatur testimoniū in alijs puta in occultis et de quibus infamia non p̄cessit nō tenet̄ ad testificandum. si vero requiratur eius testimoniū nō auctoritate superioris cui obedire tenet̄ tunc distinguendū est. qz si testimoniū requiratur ad liberandum hominē ab iniusta morte seu pena quacunqz vel falsa etiā infamia vel etiam ab iniquo damno. tūc tenetur homo ad testificandum. Sed si ei⁹ testimoniū non requirat̄ tenet̄ facere qd̄ in se est vt veritatem denūciat alicui qui ad hoc possit p̄desse dicit em̄ ps̄. Eripite paup̄em et egenum de manu peccatoris liberate. Et puer. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem. et Ro. j. Digni sunt morte non solum qui faciunt sed et qui cōsentiūt facientibus. vbi glo. Consentire est tacere cum possis redarguere sup̄ his vero que p̄tinent ad damnaciōem alicui⁹ nō tenetur quis ferre testimoniū. nisi cum a superiore cōpellit̄ s̄m ordinē iuris. qz si circa hoc veritas occultet̄ nulli ex hoc spēale damnū nascitur vel si immineat piculum accusatori. nō est curandum qz ip̄e se in hoc piculum sponte ingessit. alia aut̄ ratio ē de eo cui piculum immine t̄ eo nolē

te. hec Tho. **S**ed dubitat̄ an testimoniū possit licite fieri de his que alicui sub secreto sunt gmissa. Pro cuius soluciōe notandum qz triplex est secretum. vnum qd̄ sub sigillo cōfessiōis cadit. aliud qd̄ sigillo secreti tegitur. et fit dupliciter. Vno modo qm̄ cōmittens exprimat se dicere sub sigillo secreti. alio modo qz nō exprimat sed tñ natura sermonis vel rei illud exposcat. videlicet qz teneat̄ sub sigillo secreti. de his tribus dicit pe. pa. sup. iij. dist. xxj. q̄uis frangens qd̄libet horū. videlicet primo modo et secūdo modo sigillorū peccet mortaliter. tñ grauis frangens sigillum cōfessiōis nec solum est fractor sigilli et proditor cui est aliquid exp̄sse cōmissuz vt archanū. sed etiam ex natura facti si videatur tale qz reuelacio noceret minus tñ ceteris p̄ibus q̄ si ad hoc se obligasset. nam seru⁹ auscultans a casu vel a p̄posito secretum quod tractat̄ in curia domini sui et postea id reuelat fornicus. cōmittit crimen cōtra dñm suum et curiā ei⁹. vnde talis seruus s̄m ius ciuile grauius puniretur. sacramentū aut̄ penitentie seu cōfessionis est qd̄dā secretum qd̄ secrete tractatur in curia summi regis qz tractat̄ corā illo qui rēp̄sentat p̄sonam ei⁹. Quilibet vero homo seruus dei est. ergo ille qui audiret a cōfessore peccata confessa teneretur ea celare. hec pe. Et eadem ratio videtur de illo qui cōfitentis alicuius peccata audisset a casu vel a proposito. alij doctores addūt quidolose audit cōfitentem mortaliter peccat sed nō qui a casu. ambo tñ tenet̄ celare. Racio primi qz cōtra legem nature facit ⁊ cōtra

caritatem primi immo contra dei sacramentum. Et addit pe. de pa. penitens etiã si ex reuelaciõe iniuncti onis penitencie pbabiliter crederet cõfessõrem ledi. tenetur celare. alio quin esset maledictus sicut cham. qui disco opuit vel nõ opuit. sed derisit verenda patris. si em̄ ex hoc se queretur vel derisio simplicis vel offensio qz phibui loqui cum psona suspecta nõ debet dicere talis hõ mibi iniunxit qz forte ille interficeret eum hec ille. **C** Ad propositum dubiũ rñdit Tho. vbi prius sic de illis que homini cõmissa sunt i secreto p cõfessionẽ nullo modo debz testimoniũ ferre. qz hmõi nõ scit vt homo sed tanq̄ dei minister. Et maius est vinculum sacramenti quolibet hominis pcepto. Circa ea vero que aliter homini sub secreto gmituntur distinguendũ est qñqz em̄ sũt talia que statim cum ad noticiã hominis veniit homo ea manifestare tenetur puta si ptinent ad corruptio nem multitudinis spũalem vel corporalem vel in graue damnũ alicũs psonæ vel si quid aliud hmõi est pro palare tenetur vel testificãdo vel denũciando. et cõtra hoc debitum obligari nõ põt p secretum cõmissum qz in hoc frangeret fidem quã alteri debet. Qñqz vero sunt talia que quis pdere nõ tenetur. vnde p̄t obligari ex hoc qd sibi sub secreto gmituntur. Et tũc nullo mō tenetur ea aliquis pdere etiam ex pcepto supioris qz seruare fidem est de iure naturali. nihil aut põt precipi homini cõtra id qd est de iure naturali hec Tho. sed diceret qd diu tenetur celare qui aliquid in cõfessione audiuit Rñ. semp et p semp. Item quereret

quã penam incidit qui archanũ alicuius pdit illicite. Rñ. si quis publice reuelat aliquod secretũ crimẽ imponitur sibi aliqua pena scz infamia. impositor em̄ criminis cuiuscũqz qd pbare nõ põt p calumniatore habetur. ex. de calum. et talis ẽ ille qui reuelat qdcunqz secretum crimẽ qd pbare nõ põt. **D** Dubitatur cõsequenter an quis teneatur accusare primum. Rñ. tho. ij. q. lxxviii. differentia est inter denũciaciõem et accusaciõem. in primo attẽditur emẽdacio fratris. in secundo punicio criminis. pene aut pñtis vite non p se expetuntur. qz nõ est hic vltimũ retribuciõis tempus. sed inquantũ sunt medicinales cõferentes vel ad emẽdaciõem psonæ peccantis vel ad bonum rei publice cuius quies pcuratur p puniciõem peccantiũ quorum primum intenditur in denuncione. Secundũ aut proprie ptinet ad accusaciõem et ideo si crimẽ fuerit tale qd vergat in detrimentũ reipublice tenetur homo ad accusaciõem dũmodo sufficienter possit pbare qd ptinet ad officium accusatoris puta cũ peccatum alicuius vergit in multitudinis corruptelam corpalem siue spũalem. si aut nõ fuerit tale p̄cũm qd in multitudinẽ redũdet vel etiã si sufficientem pbaciõem nõ possit adhibere nõ tenetur ad accusandũ qz ad hoc nullus tenetur qd nõ põt debito mō pficere. sed cõtra nõ licet reuelare que quis in secreto recepit qz hoc est infideliter agere sed stat solum in secreto quem scire pri malum. ergo. rñ. Rñ. reuelare secretum in malum psonæ infidelitas est. non aut si reueletur ppter bonum cõmune qd sp̄ pferendũ est priuato bono

et ideo cōtra bonum cōmune nulluz licet secretum recipe nec tñ est omnino secretum qd p sufficientes testes pōt pbari. hec Tho. Sed nunquid subditi possunt accusare suos p̄atos. Rñ. ibidem subditi p̄atos suos accusare phibentur. qui nō affectione caritatis sed sua prauitate vitam eoz diffamare. et rēphendere querūt vel si subditi accusare volentes fuerint criminosi vt habet ij. q. vij. alioquin si fuerit alias idonei ad accusandum licet subditos ex caritate suos p̄atos accusare. **E**

Quo ad secūndum principale vtz falsum testimoniū sit semp peccatū mortale. Rñ. Tho. ij. ij. q. lxx. falsuz testimoniū triplicem habet diformitatem. vnō mō de piurio qz testes nō admittuntur nisi iurati. et ex hoc sp est peccatū mortale. Alio modo ex violaciōe iustitie et hoc modo est peccatum mortale in suo genere sicut et quelibet iniustitia. et ideo in p̄cepto decalogi sub hac forma iter dicit falsum testimoniū. Cū dicit ero. xxx. Non loquaris cōtra primū tuū falsum testimoniū. nō em cōtra aliquem fecit qui eum ab iniuria faciēda impedit sed solum qui ei suā iusticiam tollit. Tercio modo ex ipsa falsitate s̄m qd omne mendaciū est peccatum et ex hoc nō habet falsuz testimoniū qd sit semp mortale peccatum. Dubitat vtz iuramentum obliget s̄m intencōem recipientis. Rñ. Tho. sup iij. di. xxxix. et ij. ij. q. lxxxix. ar. vij. Juramētū pmissoriū obligat de necessitate vt culpa euitetur. vnde obligat ad illud esse faciendum quo nō facto incurrit culpa. distingnendū est ergo in eo qui ei inrat aut ei simpliciter aut dolo

se iurat. si iurat dolose ex duab⁹ partibus pōt culpa sequi scz ex fractio ne iuramenti et ex dolo. Quāuis g⁹ ex ipa rōe iuramenti inquantū iuramentum nō obliget ad seruandum ipm nisi s̄m suam intencōez. ad obligaciōem em voluntas requiritur. sicut etiam ad votum tñ ex necessitate iuramenti inquantū dolosum fuit obligat⁹ ad seruandū taliter qd ex dolo eius aliud nō ledat⁹ et hoc est qñ s̄m intencōem recipietis iuramentum implet. vnde debet seruare s̄m sanum intellectū eius cui iuramentum p̄statur. vnde Isidor⁹ Quacunqz arte verborū quis iuret deus tñ qui cōsciētie testis est hoc ita accipit sicut ille cui iuratur intelligit et qd illa verba intelligant⁹ de iuramento doloso paret p ea que sicut subdit dupliciter reus fit qui et nomen dei in vanū assumit et proximum dolo capit. si aut simpliciter idem absqz dolo iurat tunc obligat in foro cōsciencioso solum s̄m intencōem iurantis nō recipientis. vnd Grego. xxxvi. moza. humane aures talia verba nostra iudicant qualia foris sonant diuina vero iudicia talia foris audiūt qualia ex intimis pferunt⁹. Sed talis sine dolo iurans in foro cōtencioso vbi intentio ignoratur obligatur s̄m qd verba cōmuniter accipi solēt. hec ille. Et addit iuramentum nō debet adhiberi nisi de aliqua re de qua aliquis firmiter certus est. et nō est nisi cum magna cautela adhibendū. Notandū tamē qd in quibusdam casib⁹ possunt aliqui iurare quibus de re non cōstat nisi p fidem seu crudelitatem. vnde magi. in. iij. di. xxxiiij. di. qd si mulier causet frigiditatem mariti ipa et

ipse iurabunt de eo quod nunquam omnibus
 ei sunt et sine fraude cum septima ma-
 nu propinquorum sacramentales ei tunc
 iurabunt quod credunt ecclesie vera
 iurasse idem iuris est si seperentur
 propter artitudinem mulieris sicut
 etiam in li. v. de purgatione. ca. xiiij. Iu-
 rare papa mandatur per purgatione cuius
 decani infamati similia habes
 in sco. vt post dicitur sed dubitatur
 quomodo debent verba obligantium
 intelligi. **Rñ.** sco. q. penulti. qd libe-
 sui. Ad istud dubium habetur ratio ex
 tra de spon. ex literis ubi dicitur sic
 si alter non intellexit quod alter pro-
 fuit ad communem verbi intelligentiam
 recurratur. et cogatur vterque ver-
 ba plura in sensu isto retinere que
 solent recte intelligentibus genera-
 re. et glo. adducit. illud. ff. de sup-
 ple. l. labor. non ex opinionibus sin-
 gulorum sed ex communi usu loquentium
 verba sunt intelligenda. addunt alij
 quando verba sunt duplicia et iu-
 rans intendit in vno sensu. et recipi-
 cia. aut plus pretendunt vnum istorum
 sensuum sicut communem usum. aut e-
 qualiter pretendunt vterque. si primum
 tunc illius intentioni standum est qui
 illum sensum intellexit. it. si secundum tunc
 standum est iudicio bonorum virorum
 qui pensatis circumstantiis et rationi-
 bus descendere debent saniori et
 puriori intentioni. sed quid si quis
 falsum testimonium ferat ex ignorantia
 facti. **Rñ.** tho. ibidem in testimo-
 nio ferendo non debet homo pro certo
 asserere quasi sciens illud de quo
 certus non est sed dubium debet sub
 dubio proferre. et id de quo certus est
 pro certo asserere sed quod contingit ex la-
 bilitate humane memorie quod reputat
 se homo quicquid certum esse de eo quod

falsum est. vt si aliquis cum debita
 sollicitudine cogitans estimat se
 certum esse de eo quod testatur il-
 lud testimonium non est falsum nec
 peccat mortaliter hoc asserens. quia
 non dicit falsum testimonium pro se et
 ex intentione sed pro accidens contra il-
 lud quod intendit. **f. Dubitatur**
 adhuc an indeliberatio in peccato et
 similiter in mendacio excuset a pec-
 cato mortali. **Rñ.** sco. sup. iij. circa
 finem peccatum quod est ex pleno consen-
 su est contra preceptum prime tabule
 et prosequens immediate aduertens
 a fine ultimo. et ita nihil sibi defi-
 cit de ratione peccati mortalis siue pe-
 catum fiat ex habitu siue non siue se-
 mel siue consuetudinarie. si autem pe-
 catum fiat indeliberate quantumcumque
 fiat frequenter cum actus meritorius
 requirat quod sit plene humanus. et
 ita ex deliberatione plena et demer-
 itorius non minus requirat idem
 non enim deus est prior ad puniendum
 quam ad premiandum. potest dici quod illud
 peccatum indeliberatum etiam quocumque
 iteratum non est peccatum mor-
 tale. **Notandum** tamen quod virtuosus bre-
 uem habet deliberationem quam non vi-
 detur deliberatio. quia habet pruden-
 tiam magnam et promptus est ad de-
 liberandum quasi in tempore inceptibili.
 ita posset aliquis ex habitu op-
 posito prudentie acquirere facultatem
 deliberandi prompte de opposito
 quasi in tempore inceptibili et illa de-
 liberatio sequens habitum esset suf-
 ficiens ad rationem peccati sicut quod
 nullis deliberatio in bono esset suf-
 ficiens ad rationem meriti. non ergo
 distinguo quantum ad rationem peccati
 mortalis quantum ad raritatem et
 frequentiam peccati. sed inter de-

liberacōem et indeliberacōem ita
 q̄ deliberatio cōcurrēns reddit pec-
 catum mortale. et hoc siue vnica si-
 ue ex cōsuetudine. Et indeliberatio
 excusat siue semel siue quocienscūq̄
 hec **Sco.** Idem tenet demendacio
 ad hoc q̄ sit mortale vel veniale v̄i
 de etiam de hoc supra ij. p̄cep. p̄ to-
 tum **S** Quantum ad terciū pri-
 cipale querit̄ v̄t̄ adducens deum
 in testem vt fit in iuramento asser-
 torio ad aliquid qd̄ talis credit esse
 verum licet nō sit verū. sed ad ali-
 quid de quo aliquā opinionem 7 tñ
 magis assentit opposito peccet mor-
 taliter. **Rñ. Sco.** vbi prius sup̄ ij.
 dicēs. **Dico** q̄ ille cui iurat̄ aut ac-
 cipit ex lege positua. aut ex cōsue-
 tudine iuramentū tanq̄ simpliciter
 assertiuum iurati aut nō tanq̄ sim-
 pliciter assertiuum sed pbabiliter i-
 ductum ad credendum iuramento.
 primo mō di. q̄ iurans quocūq̄ du-
 bium hoc est qd̄ non est simpliciter
 certum et deliberate peccat mortali-
 ter. q̄ ad cōfirmandū id qd̄ asserit
 simpliciter esse certum et verū deū
 testem inducit cuz nō sit simpliciter
 certum. et hoc mō debent intelligi
 omnia iuramenta illoꝝ qui aliquid
 iurant in iudicio p̄ quo sententia a-
 liqua cōsueuit ferri que sententia
 omnino nō deberet ferri nisi illud
 assertum esset simpliciter certū ver-
 bi gratia. Sententia mortis nō dēt
 ferri nisi p̄ crimie certo. ergo iurās
 istum esse criminofum cum non sit
 certus quantūcūq̄ tñ pbabiliter
 cōiecturum eum esse talem. et hoc
 iurans in tali foro vbi ex lege posi-
 tiva vel cōsuetudine sequit̄ damna-
 tio ad mortem peccat mortaliter cō-
 similiter in foro quocūq̄ vbi ex hō

q̄ aliquis cōuictus piurantes vel
 iuramenta cōdemnat̄ tanquā reus
 simpliciter ibi nō tñ fit irreuerentia
 nomini dei cōtra p̄. prime tabule s̄
 est p̄niciosum q̄ nociuum primo
H Et si dicas est vtile reipublice
 alioqui mali nimis multiplicarent̄.
Rñ. dñs deut. xxj. Iuste qd̄ iustuz
 est exequeris sunt em̄ quedam mala
 que nō sunt puniēda p̄ homines s̄
 relinquēda iurisdic̄tiōi diuine pu-
 ta omnia in quibus homo vt homo
 nō pōt sufficienter docere veritatē
 eo mō quo deberet doceri ad hō vt
 iuste ferret̄ sententia debita positi-
 ua nec in istis sunt soli testes culpa-
 biles. sed etiam iudex si tamen ipse
 sciat q̄ ex cōsuetudine testes nō te-
 stificant̄ sub iuramento sed sub cre-
 dultate. tūc em̄ nō deberet iste fer-
 re sententiā qualis esset ferenda si
 culpa esset simpliciter pbata coram
 eo scit em̄ ex cōsuetudine culpam n̄
 esse sufficienter pbatam coram eo
 vt tali pena puniat̄. si aut̄ ex lege
 positua habeatur vel cōsuetudine
 q̄ iuratus nō teneat̄ deponere de
 certitudine sed de credulitate tunc
 etiam iurans nō peccat dūmodo ex
 signis pbabilibus cōiectuz partes
 illam magis q̄ aliam sicut habetur
 de scrutinio in ordine faciēdo ca-
 vnico. In promociōib⁹ ergo talib⁹
 siue ad quascūq̄ dignitates p̄ ele-
 ctiones. aut ad ordines aut etiā in
